Facultas alienandi feudum pro teſſera feudi hæreditarii habetur. ib. n. 25. p. 59.

De *feudo hæreditario* vaſallus pro arbitrio teſtari atque illud cuicunque etiam extraneo relinquere poteſt. ib. n. 26.

Etiam fœminis & ex illis deſcendentibus. ib. n. 27.

Fœminæ in *feudis oblatis* à ſucceſſione non arcentur. ibidem numer. 29. p. 61.

In *feudo oblato* vaſalli potius conferunt quam referunt beneficium. ibidem n. 30.

Natura feudi magis ſecundum morem regionis attendi debet, quam illa, quæ eſt ſecundum jus ſcriptum. ib. n. 31. p. 62.

Ampliatur n. 32. p. 63.

Quodſi per conſuetudinem loci fœminæ ad *feudorum ſucceſſionem* admittantur, licet verba inveſtituræ in maſculos ſint concepta, nihilominus fœminæ excludi nequeunt. ib. n. 33. p. 64.

Quodſi ſimul & ſemel in prima inveſtitura ac conſtitutione feudi libera alienandi facultas indulta eſt, hoc factum creditur omnibus illis modis, quibus efficitur ut *feudum hæreditarium* ſit. n. 43. p. 67.

In judicando de natura & qualitate feudi, ſpectanda eſt inveſtitura primæva & vetus, quæ derogat omni juri & naturæ feudorum n. 44.

Feudum in maſculos præcisè transferre & poteſtatem habere pro lubitu, in quemcunque libuerit, alienare, ſimul ſtare nequeunt. num. 45. pag. 68.

Feudum fœmininum filio in legitimam computatur. Conſil. 11. num. 1. p. 213.

Nuda qualitas feudi non dat contra vaſallum imperium ſive ſubjectionem Conſ. 21. n. 1. p. 369.

Quoties inter litigantes non convenit de nexu & conditione dominica & vaſallitica, controverſia talis *non* eſt *cauſa feudalis, nec à judice feudali dijudicanda*, ſed ordinario relinquenda eſt. ib. n. 4.

Licet *feudum* ſemel aut aliquoties ad fœminam tranſierit, illa tamen poſtea defuncta, ſi maſculos & fœminas exſtare contingat, maſculi rurſus præferuntur & fœminas in proximiori gradu excludunt. C. 34. n. 11. p. 475.

Ampliatur. n. 12. ib.

Fœmina per maſculi exiſtentiam *feudi ſucceſſione* ſemel excluſa, perpetuo excluſa manere debet. ib. num. 16. p 476.

Liberi in feudis Imperii diſpoſitioni paternæ non facilè contravenire ſolent.

lent. Conſil. 39. numer. 12. pag. 504.

Fideicommiſſum.

Succeſſor fideicommiſſi ad inventarium ſive juratam ſpecificationem omnium bonorum reſtituendorum tenetur. Lib.4. Conſil.10. num.3. p.202.

Fideicommiſſa ampliari, reſtringi, excludi, declarari & limitari poſſunt per rationem & cauſam, propter quam teſtator motus fuit ad fideicommiſſum ita faciendum. C.28. n 1.p.445.

Per diviſionem non remiſſum cenſetur *fideicommiſſum*. Conſil.34. num.13. p.476.

Ob individuitatem *fideicommiſſi* familiæ non datur diſtinctio linearum vel graduum. ib. n.14.

Fidejuſſio, Fidejuſſor.

Diſtinguendum inter ipſam *fidejuſſionem* & promiſſionem tantum de fidejubendo. L.4. Deduct.1. n. 11. p.632.

Quamdiu durat tractus temporis, deliberare poteſt *fidejuſſor*, num fidem obligare velit. ib. n.14.

Inter ipſam *fidejuſſionem* & nudam promiſſionem de fidejubendo diſcrimen eſt. Deduct. 3. num. 5. pag. 745.

Ratio ib. n.6.

Finis.

Qui vult *finem*, velit etiam media ad finem neceſſaria, neceſſum eſt. Lib.4. Conſ.48. n.8. p.594.

Ampliatur. n.9.

Fodinæ calcis.

Fodinæ calcis in plerisque Germaniæ locis abſque conceſſione Superioris ad Dominos fundi pertinent. Lib.4. Conſ.23. n.31. p.405.

Fœmina.

Ipſa natura rationali dictante, morum honeſtas, mentisque ſolertia *fœminas* commendat. Lib.4. Conſil. 16. n.5. p.270.

Forum.

In criminalibus *forum delicti* omnia ſuperat fora. Lib.4. Conſ.44. n.6. p.575.

Ampliatur ib. n.7.

Fraus.

Fraus nulla eſt, ſi quis accipit, quod ſuum eſt. Lib.4. Deduct.2. n.43. p.679.

Fructus.

Doli realis magis, quam mentalis nomine inſigniri meretur exceſſiva fructuum computatio. Lib.4.C.20. n.36. p.363.

Fructus annuus.

Ex locatione verus *annuus fructuus* non probatur. Lib.4. Conſ.15.num.32. p.265.

Fundus.

Quicquid in *fundo* meo eſt, in imis terræ cavernis ad ultimum usque centrum meum eſt. Lib.4. Conſil.23. n.36. p.407.

Furtum.

In *furtis*, quæ neceſſitate frigoris & famis facta ſunt, pœna mitigandum.

dum. Lib. 4. Conſil. 27. numer. 2. p. 435.

Hæres. Hæreditas.

Hæredes ſpecialiter nominati ſemper præferuntur & illis poſtea extinctis admittuntur per collectivam vocati. Lib. 4. Conſil. 17. num. 11. pag. 282.

Quoties eadem res ſive *hæreditas* teſtamento relinquitur pluribus, inter quos quidam conjuncti ſunt, quidam diſjuncti, nec partes à teſtatore exprimuntur, ſemper in partium diſtributione conjuncti unius perſonæ poteſtate junguntur, ut nihil amplius capiant quam diſjuncti. Conſ. 18. n. 51. p. 313.

An *diviſio hæreditatis* privatim facta, etiamſi non ſit enormis læſio, emandari poſſit? ib. n. 52. p. 314.

Hæredes re- conjuncti ſunt, qui ad eandem rem vocantur disjunctim, id eſt, diverſis orationibus. ibid. n. 53. p. 315.

Verbis-conjuncti ſunt, quibus aliquid relinquitur cum aſſignatione partium. ib. n. 54.

Re- & verbis - conjuncti ſunt, qui vocati eadem oratione ſine aſſignatione partium. ib. n. 55.

Diſtributio partium removet realem conjunctionem & diſtributio orationum removet verbalem. ibid. n. 56.

Quando plures *hæredes* una oratione junguntur, debent intelligi pariformiter eſſe juncti. ibid. num. 57. p. 316.

Id quod exemplo illuſtratur. ibidem n. 58.

Si *hæredes* nominibus propriis ſinguli ſint appellati, regulariter omnes pro partibus virilibus, ſive in capita, cenſentur vocati. ib. n. 61.

Plus eſt nominibus propriis ordine diſtinctè, quam in genere nomine collectivo indiſcretè vocari, cum unus nomine proprio nominatus tantum capiat, quantum omnes verbo collectivo vocati. ib. n. 62.

De natura vocabulorum collectivorum eſt, ut *hæredes* collectivè vocati non in capita, ſed in ſtirpem ſuccedant. ib. n. 63.

Collectiva nomina important ut omnes pro uno reputentur & unam perſonam repræſentent, niſi adjecta ſit dictio æquè. ibidem numer. 64. p. 317.

Vel niſi teſtator uſus fuerit diſtributio nomine. ib. n. 65.

Hæres nomine proprio vocatus in virilem portionem ſuccedit. ibid. num. 66.

Ampliatur. ib. n. 67.

In diviſione extrajudiciali hæreditatis læſio ultra dimidium non requiritur, ſed errore revocari poteſt. ib. n. 68. p. 318.

Ex *perſona hæredis* non mutatur obligatio. Conſ. 22. n. 17. p. 387.

Hæreditas eſt nomen juris & etiam ſine ullo corpore juris intellectum ha-

habet. Conſil. 33. numer. 1. pag. 465.

In *hæreditate tertii* adhuc viventis requiritur, ut tertius ille non tantum conſentiat, ſed etiam in ea ad finem usque vitæ perſeveret. Conſil. 39. n.7. p.502.

Homagium.

Præſtatio *homagii* eſt prima agnitio & confeſſio ſubjectionis. Lib.4. C.1. n.16. p.13.

Et actum univerſalem Jurisdictionis induit, qui alios comprehendit. ib. n.17. p.14.

Verbum *homagii* æquivocum eſt, cujus undecim recenſentur ſignificationes. ib. n.51. p.35.

Ratio ib. n.52.

Homagium ſimpliciter & abſolutè non eſt fundamentum der Landes-Fürſtl. Obrigkeit. ib. n.53.

Exempla n.54.

Juramenta reciproca ad mutuos potius repromiſſiones, fœdera & conjunctiones, quàm homagium referenda. ib. n.55. p.38.

Civitates hujusmodi juramenta ideo præſtant, ut cum Principibus fidelius correſpondeant, alterque ſine alterius injuria vivant. ibidem numer.56.

Homagium ratione ſubjectionis & obedientiæ præſtatur. Conſ.21.n.3. p.380.

Ignorantia.

Ignorantia non eſt allegabilis in hærede penes quem ſunt inſtrumenta hæreditaria. Lib.4. Conſ.18. num.16. p.302.

Immiſſio.

Pars impetrans deſignationem bonorum in quæ fieri debet *immiſſio*, exhibere obſtrictus eſt. Lib. 4. Deduct.2.n.18. p.666.

Immunitas.

Dominus territorialis in præjudicium univerſitatis *immunitatis privilegium* concedere nequit. *Lib.4. Conſ. 5.* n.4 p.107.

Quando poſſidenti vel quaſi repugnat juris præſumtio, ſufficit colorare ipſam *poſſeſſione immunitatis*. ib. n.7. p.108.

Quando *bona nunquam oneribus obnoxia* fuerunt, nec eorum poſſeſſores unquam pro eis collectas cognoverunt, non poteſt dici, quod præſcriptio damnum afferat communitati, cum in illis bonis jus collectandi nunquam fuerit formatum. ib. n.8. p.109.

Non neceſſe eſt, quod præſcribens probet ſe non ſolviſſe, ſed ſufficit quod alleget, non ſolviſſe. ib. n.10. pag. 109. & Conſil. 19. num.14. pag. 339.

Poſſeſſio longi temporis lapſu munita, loco tituli ſatis validi eſt. ibid. numer.11.

Temporis longiſſimi 30. vel. 40. annorum lapſus, ad præſcriptionem *immunitatis* à collectis ſufficit. ibid. n.12.

Inter-

Interpellatio collectarum non obeſt, ſi ſolutio recuſetur, ita ut ejusmodi interpellato ab illo tempore, quo interpellatio facta, poſſeſſio libertatis ad effectum præſcribendi attribuatur. ib. n. 13. p. 110.

Sola collectæ impoſitio non ſufficit. ib. n. 14.

Nec cataſtrum probat, niſi ſimul de facta ſolutione doceatur. ibid. numer. 15.

Præſertim contra eum, qui in poſſeſſione *immunitatis* eſt. ibidem numer. 16.

Actus ſolutionum in cataſtro notati, non debent eſſe per vim extorti. ib. n. 17.

Immunitas à collectis etiam extraordinariis, non liberat à collectis bellicis. ib. n. 18. p. 111.

Immunitas non extenditur ad accidentalia. ib. n. 19.

Bona cœnobii præſumtionem juris & de jure pro *immunitate* habent. C. 5. n. 22. p. 113.

Effectus *privilegii immunitatis* recipit reiterationem, nec conſumitur per unum vel plures actus. Et præſumitur talis ſolutio facta per obedientiam vel metum reverentialem. Conſ. 19. n. 39. p. 248.

Libertati adverſus onera collectarum lapſu 30. annorum præſcribi poteſt. Conſ. 37. n. 1. p. 492.

Ampliatur. ib. n. 2.

Inimicus.

Inimici non ſolum dicuntur, qui odium in mente habent, ſed etiam qui inimicitiæ cauſas habent. Lib. 4. C. 36. n. 15. p. 487.

Injuria.

Turbans alterius jurisdictionem, *injuriarum* tenetur. Lib. 4. Conſil. 1. n. 38. p. 23.

Injurioſa invectiva & ſcommata ceu notæ paſſionum evidentes *animum injuriandi* ſatis manifeſtant. Conſil. 41. n. 1. p. 534.

Injuria in perſonas Clericorum eſt ſpecies Sacrilegii, propter Sacerdotum maximam dignitatem. ibid. n. 7. p. 538.

Ampliatur latè. ib. n. 8.

Narrans verbum injurioſum ab alio prolatum, *injuriarum* tenetur. ib. n. 10. p. 539.

Finita cauſa principali demum *actio injuriarum* locum habet. ibid. n. 11. p. 540.

Omnis injuria facta in Clericum dicitur publicum crimen & quilibet poteſt accuſare & judex ex officio debet inquirere. ib. n. 12.

Injuſtitia.

Injuſtitia quæ ex præpoſteratione ordinis fit, eſt major eâ, quæ merita cauſæ reſpicit. Lib. 4. Conſil. 45. n. 2. p. 581.

Inquiſitio.

Inquiſitio absque corpore delicti nulla eſt, nec convalidatur per teſtes poſtea receptos, quibus delictum plenè eſt probatum. Lib. 4. Conſ. 9. n. 1. p. 168.

Con-

Contra talem judicem, qui ita nulliter proceſſit, præſumitur de calumnia. ib. n. 2.

Publicatis atteſtationibus illud primum eſt, ut judex eas examinet & inquirat, utrum reus pœna corporis afflictiva afficiendus ſit, nec ne, quod ſi hoc pateat vel ejus veriſimilitudo aut ſpes non vana affulgeat, non debet ulterius in carcere detineri Reus. ib. n. 4. p. 170.

Defenſionis permiſſio ad naturalem ſubſtantiam *inquiſitionis* pertinet. ib. n. 21.

Inrotulatio Actorum.

Ad *inrotulationem Actorum* arreſtatus omnino citandus eſt. L. 4. Conſ. 9. n. 23. p. 179.

Et *rotulus* in partium præſentia obſignandus, non tantum ſigillo judicis, ſed etiam partium. ibidem numer. 24.

Actorum inrotulatio nihil aliud eſt, quam eorum, quæ à litigantibus hincinde fuere propoſita, in certum ordinem iis præſentibus & citatis facta collectio & obſignatio. ibid. n. 25.

Eum enim in fidem partes citantur. ib. n. 26.

Inſtitutio.

Inſtitutio liberorum ſub nomine collectivo cum parente facta, non dat portiones viriles, quia pater & filius eadem eſſe perſona intelliguntur. Lib. 4. Conſ. 18. numer. 37. p. 309.

Cum plures *hæredes inſtituti* ſunt nullis partibus adſcriptis, omnes ex æquis portionibus cenſentur inſtituti. ib. n. 76. p. 325.

Inſtrumentum.

Qui *inſtrumenta* ad cauſam facientia non producit, ſed celat, malam propterea cauſam ſovere omnino cenſendus eſt. Lib. 4. Conſ. 18. numer. 13. p. 301.

Tergiverſari ſolent in edendo, qui ſciunt, aliquid *eſſe in ſcripturis*, quod ipſis noceat. ibidem num. 14. p. 302.

Regula: quod Reus actori non teneatur edere *inſtrumenta*, limitatur: ſi pro replica actoris fundanda editio petitur. Conſ. 43. numer. 10. pag. 565.

Judici totum *inſtrumentum* edendum eſt, nec ſufficit partem ejus, de quâ quæſtio eſt, edere. ibidem numer. 11.

Intentio.

Intentio actus agentium dirigit. Lib. 4. Conſ. 22. n. 12. p. 386.

Interpretatio.

Calumnioſa habetur *interpretatio* quælibet in caſu claro. Lib. 4. Conſ. 7. n. 23. p. 132.

In omni negatio vera *interpretatio* à practica deſumitur. Conſ. 19. n. 17. p. 340.

Interpretatio ſemper facienda ſecundum mentem diſponentis, ſi de mente apparere poteſt. Conſil. 20. n. 38. p. 364.

Si vero de mente non conſtat, attenditur veriſimilitudo. Ceſſante autem veriſimilitudine & conjecturis, tunc demum recurrimus ad meram ſignificationem verborum. ibidem n.39.

Ubi res eſt dubia ſemper recurritur ad cauſam finalem, ex qua intentio & mens colligitur. ib. n. 40.

Fugienda eſt ea *interpretatio*, qua alter ex contrahentibus enormiter lædi poteſt, quamvis verba videantur repugnare. ib. n 41.

Semper is intellectus aſſumi debet, quem effectus & rerum exitus verum eſſe demonſtrat, Conſil. 23. n. 52. p. 415.

A jure communi omnes leges, conſtitutiones, per conſequens etiam ſententiæ *interpretationem* paſſivam recipiunt. Deduct. 2. numer. 57. p. 701.

Interventio.

Quando *interventio* fit ad reſiſtendum & utrumque tam actorem, quam reum excludendum, tunc interveniens litem in ſtatu quo ſuſcipere nec poteſt, nec debet, ſed omnia ex integro repetenda & novo proceſſu opus eſt. Lib. 4. Conſil. 14. n. 28. p. 250.

Intradæ jus.

Intradæ jus ſolennis Principis teſſera eſt. Lib. 4. Conſil. 1. numer. 2. pag. 16.

Actus intrandæ ſolennis per ſe eſt æquivocus, ita ut per ſe non videatur eſſe effectus Superioritatis Territorialis, nec eam abſolutè importet, ſed cum aliis actibus junctus. ib. numer. 64. p. 41.

Inventarium.

Etiam res alienæ, quæ in hæreditate requiruntur, *inventario* ſunt inſerendæ. Lib. 4. Conſil. 10. num. 5. p. 202.

Limitatur ibid.

Tertio, qui nullum intereſſe habet, *inventarium* ſive jurata ſpecificatio non datur. ib. n. 18. p. 206.

Ampliatur n. 19.

Definitur *inventarium* & quod plenè probet contra conficientem. C. 18. n. 17. p. 302.

Creditorum præſentia *inventariis* neceſſaria non eſt. Deduct. 2. n. 34. p. 675.

Ampliatur. ib. n. 35.

Inveſtitura vid. Feudum.

Inveſtitura explicanda eſt juxta conſuetudinem loci. Lib. 4. Conſ. 2. n. 31. p. 62.

Judex.

Poſt ſententiam vel finitum officium *Judices* oblata munera, nullo tamen præcedente pacto, bona fide recipere poſſunt à litigatoribus. L. 4. C 9. n. 12. p. 174.

Judices vel officiales tenue ſalarium habentes, munera à ſpontè dantibus accipere non prohibentur, dummodo ob id non faciant injuſtitias. ib. n. 13. p. 175.

Id quod illuſtratur. ib. n. 14.

Judices ſive miniſtri non tenentur hodie ſervare taxas mercedum antiquas, ſi attentâ temporum & circumſtantiarum varietate ſint nimis tenues ac injuſtæ, ſed poſſunt licitè accipere incrementum, etiamſi juraverint obſervantiam. ib. n. 15.

Judicis eſt, pro innocentia Rei ex officio quoque laborare, ſatius enim mille nocentes abſolvere, quam unum innocentem condemnare. ib. n. 18. p. 177.

Hinc *judex* neque expreſſam Advocaturæ renunciationem à Reo factam attendere, ſed ſi propter inopiam ſe defendere non poſſit, ſumtibus ex ærario publico depromtis, eximios Advocatos ac cauſæ defenſores illi aſſumere debet. ibidem num. 19. p. 178.

Judici non licet reſponſa vel ſententias Impartialium mutare, emendare vel plane rejicere & ſententiam pro lubitu ſuo ſubſtituere. ibid. n. 27. p. 180.

In propria cauſa nemo *judex* eſſe poteſt. ib. n. 28.

Naturalis ratio à judicio *judicis ſuſpecti* abhorret. ib. n. 29.

Judex non impertit officium, niſi imploratus. ibidem num. 35. pag. 184.

Et fatuus dicitur, qui non petita adjudicat. ib. n. 36.

Regula quod pro *judice* ejusque proceſſu regulariter præſumatur, ceſſat, quoad ordinem proceſſus, niſi quatenus ordo ex proceſſu appareat. Conſil. 14. numer. 35. pag. 251.

Judex ſtante recuſatione vel illa pendente, non habet jurisdictionem & omnia geſta ſunt ipſo jure nulla. Conſil. 15. numer. 15. pag. 260.

Ideo malè ſic judicando litem ſuam facit. ib. n. 16.

Et licet per imperitiam *ſaltem peccaverit*, actione tamen in factum tenetur. ib. n. 17. p. 261.

Judex ordinarius à ſe ipſo latæ ſententiæ rationem decidendi licitè inſerere poteſt. Conſil. 31. numer. 1. p. 457.

Ampliatur ib. n. 2.

Judex reſponſa Collegiorum mutare non debet. ibidem numer. 6. pag. 460.

Minor cauſa ſuſpicionis repellit *judicem* ab officio judicandi, quam teſtem à teſtificando. Conſil. 36. n. 14. p. 487.

Etiam *reconciliatus judex* ut ſuſpectus recuſari poteſt. ibidem numer. 16.

Judex domicilii etiam contra abſentem procedere poteſt, etſi crimen ibi commiſſum non ſit, nec inveniatur ibi reus. Conſil. 44. n. 15. p. 577.

Limitatur. ib. n. 16. p. 578.

Ad *judicem ſententiam confirmantem*

ſpectat executio ſententiæ confirmatæ. Deduct. 2. numer. 9. pag. 658.
Judex non requiſitus, alterius judicis ſententiam ſine nullitate exequi non poteſt. Ibidem numero 10.
Judex concedendo unum ex duobus petitis, videtur alterum denegare. ibidem num. 29. & 39. p. 671. & 677.
Judex à quo per appellationem ſuſpenditur ab officio. Deduct. 2. n. 58. p. 702.
Judex à quo procedendo cenſetur tanquam privatus, qui caret jurisdictione & ei poteſt reſiſti. ib. n. 60.
Judex ſuperior non poteſt cognoſcere, niſi de quo cognovit prior judex & quod per appellationem ad eum fuit devolutum. Deduct. 3. numer. 32. p. 770.
Judex de facto procedens pro privato habetur. in append. Conſ. 51. n. 22. p. 857.
Ita ut etiam injuriarum ad inſtar privati teneatur. ib. n. 23.

Juramentum.

Si tres teſtes de actu prælectionis affirmaſſent, tres vero negaſſent, *juramento ſuppletorio* non eſt locus. Lib. 4. Conſ. 4. n. 8. p. 87.
In cauſis teſtamentariis vel ultimarum voluntatum *juramentum ſuppletorium* locum non invenit. numer. 9. p. 88.
In perſona ejus, qui *in ſupplementum jurare* debet, fides, dignitas & morum gravitas exuberare debet. ibid. n. 10. p. 89.
Teſtis varians ad *juramentum ſuppletorium* non eſt admittendus. ib. n. 12. p. 90.
In teſtamento quoque peſtis tempore condito, *juramentum ſuppletorium* locum non invenit. ib. n. 32. p. 99.
Juramentum de obſervantia ſtatutorum & hujusmodi, intelligitur, quatenus ſint in uſu & obſervantia. Conſil. 9. n. 26. p. 176.
In magnis & arduis cauſis *juramentum neceſſarium* non defertur propter metum perjurii, ratione magni commodi, niſi plus quam ſemiplenè probatum ſit. Conſ. 42. num. 4. p. 550.
In cauſa criminali *juramentum litis deciſorium* locum non habet. C. 48. n. 16. p. 597.
Juramentum ſuppletorium ſupplet defectum ſolennitatis jure communi requiſitæ. Deduct. 2. n. 31. p. 675.
Etiam qualemcunque defectum inventarii. ib. n. 32.
Ubi juramentum eſt ſuper rebus & actionibus, quæ directioni ſuperioris ſubſunt, *juramentum* à conſenſu expreſſo aut tacito Superioris vim mutuatur, quia illud irritum pronunciare poteſt. in append. C. 51. n. 33. p. 860.

Juramenta introducta ſunt, ut ſolum licitis ac bonis actionibus inter homines firmitatem addant. ib. n.34. p.861.

Juriſdictio.

Imperator Otto I. omnium primus fratrem ſuum Bononem Archiepiſcopum Moguntinum *ſeculari juriſdictione* decoravit. Lib.4. Conſ.1.n.1. & 27. p.10. & 18.

Quod privilegium Otto III. Epiſcopo Spirenſi Ruperto in anno 981. quoque confirmavit. ibidem numer.2. p.10.

Abbati St. Haimerani Ratisbonæ anno 1313. hæc *principalis dignitas* eſt acquiſita. ib. n.4.

Abbatiſſa Lindavienſis ad Lacum Bodanicum ferè omnium prima *principalem dignitatem* obtinuit & poſt eam Abbatiſſa Monaſterienſis Superioris & inferioris Ratisbonæ. ib. n.5.

Jus Magiſtratus conſtituendi eſt effectus *juriſdictionis* & Imperii. ibid. n.19. p.14.

Officialium electione *Juriſdictio* probatur. ib. n.20.

Duces olim civitatibus præerant. ibid. n.26. p.18.

Quam *juriſdictionem* Imperator Otto I. Ducibus ademit, eamque in Epiſcopos tranſtulit. ib. n.27.

Quæ poteſtas ſeculis vero poſtmodum Epiſcopis denuo ademta eſt. ibidem n.28. p.19.

A quo tempore Civitates Imperiales, ſicuti alii Principes & Status Imperii Superioritatem & Juriſdictionem territorialem in civitatibus, ditionibus, diſtrictibus ac territoriis ſuis exercent. ibid. n.29. p.20.

Turbans alterius *juriſdictionem* injuriarum tenetur. ib. n.38. p.23.

Principes Imperii in alterius territorio quoad *Juriſdictionem contentioſam* pro privatis habentur. ibidem n.39.

Juriſdictio contentioſa non poteſt exerceri extra territorium etiam inter ſuos ſubditos non ſolum per Judicem ordinarium, ſed nec per Principem. ib. n.40.

Qualitas feudi non tribuit domino contra vaſallum imperium ac *juriſdictionem*. ib. n.57. p.39.

Et tunc *juriſdictio* non cumulativè, ſed privativè confertur. ib. n.58.

Dominus univerſalis ſubditorum dicitur, qui civilem, non qui criminalem *juriſdictionem* habet. ibid. n.63. p.40.

Jus.

Sub prætextu *ſubtili juris* plerumque erratur. Lib. 4. Conſil. 20. n.63. p.367.

Jus ſive ſpes debitum iri ad hæredes devolvitur. Conſil. 22. num. 19. p.387.

Qui *jure* ſuo utitur, nemini facit injuriam. Conſ.38. n.1. p.497.

Jus Lubecenſe maritum ejusque bona non obligat pro ære alieno uxoris, ut hæc ob illius debita ſit correa.

De-

Deduct.2. n.36. p.676. & Deduct. 4. n.2. p.812.

Jus exigendi.

Jus exigendi præſupponit ex altera parte obligationem ſeu qualitatem moralem operativam. L.4. Deduct.1. n.1. p.627.

Quisque in *jure exigendi* ad ordinariam viam per juris regulas adſtrictus eſt. In append. Conſil.51. numer.65. p.875.

Jus publicum.

Ea quæ ſunt juris publici pactis privatorum mutari nequeunt. L.4. C.4. n.30. p.99.

Licet juri pro ſe introducto quilibet renunciare poſſit, attamen *juri publico* privatorum pactis derogari nequit. Conſ.6. n.7. p.120.

Jus quæſitum.

Per priorem ſententiam parti *jus* ſemel eſt *quæſitum*. Lib.4. Conſ. 36. n.6. p.486.

Lapicidina.

Lapicidinæ in plerisque Germaniæ locis absque conceſſione Superioris ad dominos fundi pertinet. Lib. 4. Conſ.23. n.30. p.405.

Laudum.

Laudo multo magis ſtandum, ſi partes juraverint, in append. Conſil. 51. n.63. p.873.

Læſio.

Ex illo contractu, qui ſe ab initio poteſt habere tam ad commodum, quam ad incommodum, nemo *lædi* intelligitur, licet poſtea incommodum contingat. Lib.4. Conſil.6. n.2. p.117.

Princeps non tenetur ſtare contractui tendenti in magnam *læſionem* Principatus. ib. n.5. p.119.

Legatum.

Si Titio *legatum* relictum ſit pro ſe & hæredibus, ac Titius vivo teſtatore decedat, legatum fit caducum. L.4. Conſ.18. n.38. p.310.

Legitima.

Legitima de jure tanquam debitum naturæ & æs alienum conſideratur. Lib.4. Conſ.11. n.2. p.213.

Quicquid teſtator in teſtamento vel ultima voluntate ſua, ei cui legitimam debet, relinquit, illud in *legitimam* imputatur. ib. n.3.

Lex.

Lex Anaſtaſiana ceſſat in creditis liquidis & quando ob difficultatem debitoris exactio ſumtuoſa vel incerta eſt, tunc enim dimidium quoque pretii ſufficit. Lib.4. Conſ.18. n.41.

Exceptio legis Anaſtaſianæ ſoli debitori competit. ib. n.43. p.311.

Ut *lex Anaſtaſiana* locum habeat, requiritur, ut ceſſionarius cedentem ad ceſſionem callidè induxerit & improbum lucrum captaverit. ibid. n.70. p.323.

Legis Anaſtaſianæ diſpoſitio inter cohæredes hæreditatem dividentes locum non habet. ib. n.72.

Lex 24. ad SCt. Trebell. non de capienda hæreditate, ſed de reſtituendo

do fideicommiſſo loquitur. ibidem n.77.p.326.

Finis eſt omnium legum, ut ſic faciamus aliis, quemadmodum velimus nobis fieri. Conſil.20. n.60. p.367.

Lex 43. *ff. de admin. tut.* explicatur. Deduct.1. n.29. p.639.

Lex 6. *L.* 15. *C. de adm. tut.* itidem n.30. ibid.

Lex 9. *ff. de dol. mal. except.* num. 31. ibid.

Lex 44. *ff. de re jud.* n.32. p.640.

Lex 4. §.1. *ff. de re jud.* itidem explicatur. n.33. p.641.

Lex 61. *ff. de procurat.* itidem num. 34. p.642.

Lex 30. §.1. *ff. de inoff. teſt.* numer. 35. ibidem.

Licitum.

Caſus incertus & eventus dubius facit *contractum licitum*, qui aliàs eſt illicitus & uſurarius. Lib.4. Conſil.6. n.3. p.118.

Judicibus aliisque officialibus & Miniſtris *licitum* eſt eſculenta, potulenta & xenia, quæ intra paucos dies conſumi poſſint, recipere à ſponte & liberaliter dantibus. C.9. n.6. p.173.

Sicuti turpiſſimum & avariſſimum eſt, ab omnibus & omnia velle recipere, ita incivilè & inhumanum eſt omnibus & omnia recuſare. ibidem n.7.

Linea aſcendens & deſcendens.

Ex filio nata rectè dicitur *deſcendens* ex ſexu virili ſeu ſexus virilis. Lib. 4. Conſ.2. n.34. p.64.

Linea non incipit à patre, ſed à filio. ib. n.35.

Subſtitutis deſcedentibus per virilem ſexum aut per *lineam maſculinam* includitur fœmina ex maſculo nata. ib. n.36. p.65.

Maſculus in alia *linea* poſitus, fœminæ quoad lineam, licet proximiorem, omnino præferendus eſt. Conſ. 34. n.15. p.476.

Lis.

Liti ſe offerre quid dicatur. Lib.4. Deduct. 3. n.12. p.752.

Dominium litis, quid ſignificet? ibid. n.26. p.764.

Ita Procuratori *Dominium litis* jura noſtra non tribuunt, quin non pariter & principalem litis Dominum appellent. ib. n.27. p.765.

Ampliatur ib. n.28.

Literæ.

Ob *literas amatorias* uxoris marito competit actio & qualis? Lib. 4. Conſ.16. n.4. p.270.

Literarum amatoriarum acceptatio eſt copulatio conſenſus ſimultanei. ib. n.13. p.273.

Paria de jure cenſentur *literas amatorias* ſcribere vel viris extraneis convivari aut extra ædes noctu manere. ib. n.14.

Literæ amatoriæ faciunt præſumtionem copulæ carnalis, ibidem n.15. p.274.

Locatio.

Locatio conductio eſt emtio futurorum fructuum. Lib.4. Conſ.7. num.7. p.126.

Locatio eſt quaſi venditio futurorum fructuum, unde ſi poſtea non naſcantur, deficit conditio & pretium non debetur. ibidem numer.8. pag. 358.

Locatio conductio eſt contractus bonæ fidei, quo non verbis adhæremus, ſed judex liberiorem æſtimandi poteſtatem habet. ibidem numer. 22. p.361.

Res vel factum *locabile* eſſe debet, i. e. ſoll ehrlich, müglich und dem Beſtänder nützlich ſeyn. ibidem num. 25.

Locator & conductor ſunt correlata, huic diſpoſitum in uno, cenſetur etiam in altero. ib. n.27.

Contractus locationis utriusque cauſa nititur. ib. n.28.

Hinc uterque contrahentium ex eo captat commodum. ib. n.29.

Si pactum eſt contra jus & æquitatem naturalem, ex quo *locator* locupletari debet cum conductoris damno, iſtud quia inducit peccatum ſtrictiſſimè eſt intelligendum. ibidem n.31. p.362.

Ampliatur. ib. n.32.

Ante tempus finitum regulariter altero invito nullus à *contractu locationis* reſilire poteſt. ibidem numer. 43. p.365.

Actis circa *locationem* omnino ſtare convenit. ib. n.50.

Remedium L.2. C. de reſcind. vendit. etiam in *actione locati* obtinet. ibid. n.55. p.366.

Nec obſtat, quod conductor tacuerit, donec *tempus locationis* ſit finitum. ib. n.57.

Si *locator* metuat, conductorem deceſſurum non ſoluta penſione, poteſt cauſa propoſita, ante diem agere, ut conductor purget ſuſpicionem aut idoneè caveat. Conſ. 36. n. 10. p.486.

Ampliatur. ib. n.11.

Lucrum.

Tunc tandem dicitur *lucrum* ex uſura provenire, quando nullam aliam habet rationem quam mutui. L. 4. Conſ.6. n.1. p.117.

Leoninum & iniquiſſimum eſt, ſibi tantum *lucrum*, alteri vero damnum velle imputare. Conſ.20. num.24. p.361.

Lucrum non intelligitur, niſi deducto ære alieno. in append. Conſil. 51. n.55. p.870.

Mala fides.

Quid ad inducendam *malam fidem* requiratur. Lib. 4. Conſil. 43. n.16. p.567.

Non quævis litis conteſtatio bonæ fidei poſſeſſorem conſtituit in *mala fide*. ib. n.17.

Per interpellationem non poteſt *mala fides* induci, ubi nullum ejus argumentum reperitur. ib. n.20.

Ma-

Mala fides ſuperveniens non obeſt præſcriptioni ſemel completæ. Conſ.45. n 4. p.582.

Mandatarius.

Contraria mandati actione ipſi *mandatario* abundè eſt conſultum ratione indemnitatis. L.4. Deduct.2. n.52. pag.689. & Deduct.3. numer. 15. p.758.

Vi mandati Principalis *Mandatario* ad indemnitatem obligatur. Deduct. 4. n.5. p.815.

Maritus.

Omnia quæ in domo *mariti* ſunt, ad maritum ſpectare præſumuntur. Lib.4. Conſ.22. n.3. p.384.

Nec obtinet inter conjuges ejus communio, niſi quoad uſum & utilitatem. ib. n.4.

Melioramenta.

Melioramenta probans, imprimis probare debet, quod facta fuit à poſſeſſore ipſo vel domino. Lib. 4. C. 15. n 29. p.265.

Quodſi enim non conſtat à quo facta ſint, perinde eſt, ac ſi facta non fuiſſent. ib. n.30.

Mercator.

Mercator ut quis dicatur, quid requiratur? Lib. 4. Conſ. 13. num. 11. p.227.

Mercator ut quis dicatur, requiritur ut mercaturam per ſe, non ſemel, ſed pluries exerceat. ibid. num. 15. p.229.

Unus enim vel alter actus non inducit habitum, hinc nec unus vel alter actus ſtatim *mercatorem* facit. ibid. numer. 16. 17. 18. & 19. p. 229. & ſeq.

Merita.

Non partis, ſed partium aſſertionibus *negotiorum merita* pendenda. Lib.4. Deduct.2. n.20. p.669.

Metallifodina.

Partes *metallifodinarum* arreſto gravari non poſſunt ob debita, quæ ob metallifodinas non ſunt contracta. L.4. Conſ. 14. n.6. p.243.

Metallifodinæ non poſſunt dividi. ibid. n.7. p.244.

Neque taxari. ib. n.8.

Fodinæ metallicæ cor & vita Provinciæ ſunt. ib. n.9. p.245.

Deſcriptio metallifodinæ & quid ad eam pertineat? ib. n.29. p.405.

Metallici Proventus.

Cauſa quare Principibus proventus metallici à populo ſint attributi, quænam ſit? Lib. 4. Conſil. 23. n.17. p.401.

Metalla.

Metallorum ignobilium effoſio inter Regalia non computantur. L.4. C.23. n.32. p.405.

Vera deſcriptio metallorum quænam ſit? ib. n.34. p.406.

Metus.

Edicto metus non tenetur, qui vim adhibuit debitori ſuo. Lib.4. in appen. Conſ. 51. n 8. p.850.

Verba Edicti Prætorii quod metus cauſa, per Spiritum Sanctum in os Prætoris

ris emiſſa eſſe putavit. Baldus. ibid. n. 10.

Edictum Prætorium quod metus cauſa, loqui ſaltem de metu violentiæ privatæ infertur, ſecus ergo, ſi Magiſtratus ad inſtantiam alicujus, præſertim in juſta cauſa, arreſtum irroget. ib. n. 18. p. 855.

Metus per actum poſteriorem, quando fit ex intervallo purgatur, actusque convalidatur. ib. n. 24. p. 857.

Purgatio metus non præſumitur, quando alia conjectura, quam purgationis metus capi poteſt. ibidem n. 26. p. 858.

Purgatio metus in quibus ſe fundet. ib. n. 27.

Ad *purgationem metus*, factum merè ſpontaneum requiritur. numer. 28. p. 859.

Purgato licet *metu* condictioni ob turpem vel injuſtam cauſam tamen locus eſt. ibidem numer. 30. pag. 860.

Si is, cui promittitur, *metum* intulerit, atque inde ſecuta ſit promiſſio, is tenetur ad liberandum promiſſionem, ſi promiſſor velit. ibid. n. 35. p. 861.

Metus ab initio illatus, perſeverare præſumitur. ibidem numer. 38. p. 863.

Ampliatur n. 39.

Vim & *metum* alicui incutere, eſt delinquere. ibidem numer. 47. pag. 867.

Juſtus etiam in eo eſt *metus*, qui de affinium ſalute timet. ibidem n. 51. p. 868.

Quando *metus* eſt cauſa proxima obligationis, obligatio non valet, licet cum tertio non participante de metu ſit inita. ibidem numer. 53. pag. 869.

Submiſſio tertiæ perſonæ fraudem & *metum* non minuit, ſed arguit. ibid. n. 54.

Mineralia.

Quænam ſint *mineralia* media? & an argilla ad ea ſit referenda? Lib. 4. Conſ. 23. n. 33. p. 406.

Unde dicantur *mineralia*. ibidem numer. 35.

Minor.

Non datur propter *minoris* conditionem ipſi reſtitutio, ſi peritiam artis profitentis vel certam negotiationem exercens in cauſis ac negotiis illius artis & profeſſionis læſus ſit. Lib. 4. Conſ. 13. n. 1. p. 223.

Hinc & in ſpecie mercatori in negotiis mercaturam concernentibus reſtitutio denegatur. ib. n. 2. & 3.

Attamen *minorem mercatorem* reſtitui in puncto juris verior eſt. ibid. n. 4. p. 226.

Niſi publicè ſit approbatus & in album mercatorum inſcriptus. ibidem numer. 5.

Quod latè deducitur. n. 6. 7. 8. 9. 10. p. 226. & 227.

Minor in numero ſeu albo mercatorum deſcriptus ex cauſa mercaturæ immobilia ſine decreto validè alie-

alienare poteſt. ibidem numer. 12. p.228.

Omnis *Minor* ex lubrico ætatis captus, adverſus ſocietatem initam in integrum reſtituitur. ibidem num. 25. p.232.

Si vero dolus cauſam contractui dederit, tunc reſtitutioni in integrum ne quidem opus, ſed contractus ipſo jure nullus eſt. ibidem numer. 26. p.232.

Etiam contra tertium *minori* datur reſtitutio ex capite læſionis, ſi minori contra illum, qui læſit inanis ſit actio. ib. n.27. p.233.

Quinimo *minor* reſtituitur, licet non adverſarius ſuus, ſed tertius eum læſerit. ib. n.28. p.233.

Miſericordia.

Chriſtum negare dicitur, qui miſericordiam patientibus neceſſitatem denegat. Lib. 4. Conſil. 20. n. 59. p.366.

Modus.

Modus in vim conditionis reſolvitur. Lib. 4. Deduct. 1. n.17. p.633.

In *modo* non acquiritur actio, niſi præſtita cautio ſit de illo implendo. ib. n.18.

Moriens.

Morientis dictum non minorem fidem quam juramentum corporale meretur. Lib. 4. Conſ. 15. numer. 19. p.261.

Mulier.

Mulierum tanta levitas eſt, ut ſe in quamcunque partem flecti patiantur & ad alienos amores pleno ſpiritu anhelent. Lib. 4. Conſ. 16. n.9. p.272.

Mulieres tanquam fragiliores citius affectibus ſuis fibulam laxant, cùm naturæ flammis minus reſiſtere poſſint. ib. n.10.

Mulier luxurioſè conſueſcens cum maribus, mariti familiam dehoneſtat. ib. n.11.

Quando *mulier* poſt biennium à priori cautione numerandum pro eadem cauſa aliquid agere videatur. Lib. 4. Conſ. 25. n. 1. p.428.

Ampliatur ib. n. 2.

Murmuratio.

Qui pacis externæ cauſa cedit, dum non valet agere propter Superioris potentiam, jus ſuum per ſolam *murmurationem* tuetur, ita ut præſcriptionem impediat. Lib. 4. Conſ. 19. n.40. p.350.

Et ejusmodi *murmuratio* pro actu poſſeſſionis turbativo habetur. ibidem n.41.

Et habet vim extrajudicialis contradictionis. ib. n.42.

Adeo ut patientia ſubditorum neque in poſſeſſorio Dominis quicquam proficiat. ib. n.43.

Mutuum.

Verum mutuum non patitur alterius contractus mixturam. L.4. Conſ. 6. n.6. p.119.

Si quis ſuo nomine nummos alienos tanquam ſuos credendi animo dederit, accipientis non facit, nec

mutuum contrahitur. Conſ 9. n. 37. p. 184.

Negativa.

Qui ſe fundat in *negativa*, iſti incumbit onus probandi. Lib. 4. Deduct. 1. n. 8. p. 630.

Notarius.

Scriptura *Notarii* absque teſtibus non ſufficit, nec vicem duorum teſtium ſupplet. Lib 4. Conſ. 15. num. 28. p. 264.

Notoria.

Notoria probanda non ſunt. Et omni probatione ſunt efficaciora. Lib. 4. Conſ. 19. n. 22. p. 342. & Conſ. 20. n. 72. 73. p. 568.

Nullitas.

Nullitas ſententiæ, quæ fertur contra ſententiam, inſanabilis eſt. Lib. 4. Conſ. 42. n. 7. p. 552.

Major *nullitas* non committitur, quam quæ ex omiſſa cauſæ cognitione naſcitur. Lib. 4. Deduct. 2. numer. 23. p. 669.

Obligatio.

Jure communi omnis *obligatio* activè & paſſivè in hæredes tranſit. Lib. 4. Conſ. 34. n. 10. p. 475.

Obſervantia.

Obſervantia parem cum lege vim habet. Lib. 4. Conſ. 7. n. 11. p. 128.

Hinc ei tanquam matri adhibenda eſt reverentia. ib. n. 12.

Obſervantia ſubſecuta eſt regina omnium interpretationum. ib. num. 36. p. 138.

Ampliatur ib. n. 37.

Ampliatur porro in diſpoſitione dubia. ib. n. 38. p. 139.

Verba diſpoſitionis potius ſunt offendenda, quam quod ab interpretatione, quæ fit per *obſervantiam*, diſcedatur. ib. n. 39.

Conſtat enim per eam, quid partes ſenſerint. ib. n. 40.

Obſervantia eſt regina interpretationum. Conſ. 19. n. 15 p. 340. Conſ. 23. n. 50. p. 415.

Hinc omnia privilegia declarat & interpretatur. ib. n. 16.

Obſervantia tollit omne dubium & vera interpretatio ab ea ſumitur. Conſ. 23 n. 51. p. 415.

In *obſervantia interpretativa* lapſus longi temporis ſive præſcriptio non requiritur, ſed unicus actus ſufficit. ib. n. 53.

Officialis.

Officiales non malè cum procuratoribus privatorum comparantur. L. 4. Conſ. 7. n. 13. p. 128.

Vel cum Inſtitoribus certæ negotiationi à Domino præpoſitis. ibid. n. 14. p. 129.

Dona remuneratoria accipere *officialibus* nullibi prohibetur. Conſ. 9. n. 11. p. 174.

Officium.

Solum *officium* neminem facit ſubditum. Lib. 4. Conſ 9. n. 33. p. 181.

Syndicus civitatis exemtus eſt Jurisdictioni Magiſtratus in perſonalibus extra ea, quæ ſunt ipſius *officii*. ib. n. 34.

Onerum exactio.

Juris præſumtione vis metusve contra Dominos apparet, quoties indebitè à ſubditis aliquid *exigunt*. Lib. 4. Conſ. 19. n. 44. p. 350.

In exactione novorum durorum & inſolitorum onerum præſcriptio ob intervenientem libertatis præſumtionem titulo novo & juſto indiget, qui ex ſolo temporis immemorialis lapſu non provenit, quippe quod rei per ſe iniquę robur nullum addere aut vitium coactionis purgare poteſt ib. n. 45.

Et ſubditi ejusmodi *onera* ex reverentia præſtaſſe præſumuntur. ibidem numer. 46.

Hinc ejusmodi quaſi poſſeſſio Principis tueri nequit. ib. n. 47.

Onera Imperii.

Olim Status Imperii *onera Imperii* ex propriis ſuis bonis Cameralibus exſolvere obligati erant. Lib. 4. C. 5. n. 25. p. 114.

Pacta.

Pacta noviſſima derogant prioribus, noviſſimisque ſtandum. Lib. 4. C. 39. n. 3. p. 501.

Pactum ad alios, quam cum quibus eſt initum, non porrigitur. Deduct. 3. n. 17. p. 758. & Deduct 4. num. 7. p. 815.

Pacta dotalia.

Pacta dotalia in quibus uni vel alteri conjugi res quædam particulares aſſignantur & quæ de univerſali ſucceſſione ſeu hæreditate mentionem non faciunt, contractum inter vivos non involvunt. Lib. 4. Conſ. 22. n. 13. p. 386.

Hinc obligationem præſentem continent, licet executionem & effectum ſuum in caſum mortis differant. ib. n. 4. p. 387.

Ex *pacto dotali* tam paciſcenti quam ejus hæredibus protinus acquiritur jus. ib. n. 15.

Sive ſpecialis hæredum fiat mentio ſive non. ib. n. 16.

Pacta dotalia adhibitis quinque teſtibus contracta, quamvis non habeantur pro teſtamento, valent tamen ac ſubſiſtunt in vim non contractus, ſed ultimæ voluntatis. ib. p. 389.

Parentes.

Parentes, penes quos maternarum rerum utendi fruendique tantum poteſtas eſt, quid facere debeant. L. 4. Deduct. 3. n. 11. p. 751.

Particula.

Particula: Et, pariter & conjunctim copulat, ut idem ſit de uno, quod de altero ex copulatis. Lib. 4. C. 18. n. 59. p. 316.

Et, poſita inter perſonas, dividit effectum diſpoſitionis inter eos æqualiter. ib. n. 60.

Pecunia.

Pecunia luſtrica das Paten-Geld oder Gevattern-Geld tanquam peculium caſtrenſe liberis pleni dominii jure, tam quoad uſumfructum, quam proprietatem competit. L. 4. Conſ. 9. n. 55. p. 191.

Illu-

Illuſtratur ib. n. 54.

Alienam pecuniam in ſuos uſus qui vertit, furti tenetur. in append. Conſil. 51. n. 59. p. 871.

Qui habuit *pecunias* ad mercandum & cum eis mercatus non eſt, in dolo verſatur & contra eum in litem jurari poteſt. ib. n. 60.

Periculum.

Periculum rei venditæ non ad venditorem, ſed emtorem ſpectat. Lib. 4. Conſ. 20. n. 13. p. 319.

Hinc quoque conductori, qui ſuo *periculo* videtur emere ſpem fructuum futurorum, nocere debet, non locatori. ib. n. 14.

Die Pfaltz.

Per nomen die Pfaltz indigitatur curia vel aula. Lib. 4. Conſ. 1. n. 24. p. 17.

Pluralitas perſonarum.

Pluralitas perſonarum non præſumitur, niſi probetur ab allegante. Lib. 4. Conſ. 43. n. 8. p. 564.

Pœna.

De *pœna furti & emtoris rerum furtivarum* & an hæc pœna, ſi non capitalis ſit, ſine proceſſu ordinario exequi poſſit? Lib. 4. Conſil. 26. pag. 429.

In *commiſſione pœnæ* ſive ex delicto, ſive ex lege, ſive ex contractu & conventione committatur, non datur locus juramenti in ſupplementum, ſed liquidis probationibus debet illa pœna doceri. Conſ. 42. numer. 3. p. 550.

Poſſeſſio.

Poſſeſſio non eſt penes Rectorem, ſed penes Eccleſiam. Lib. 4. Conſil. 1. n. 44. p. 28.

Eccleſia quamvis ſit vacans, dicitur nihilominus *poſſidere*. ibidem num. 45.

Fruſtra intentatur *poſſeſſorium jurisdictionale*, niſi deducatur quoque petitorium ſeu poſſidendi argumentum. ibidem n. 46.

Longè inferius eſt mittere in *poſſeſſionem*, quàm cognoſcere de immittenda. ibidem numer. 61. pag. 40.

In *ſummariiſſimo poſſeſſorio* attenditur ſaltem quis de præſenti poſſideat. ib. n. 66. p. 46.

Vera poſſeſſio conjunctim ſine corpore & animo neutiquam acquiri poteſt. ib. n. 67. p. 47.

Aliud eſt poſſidere, aliud in *poſſeſſione* eſſe. ib. n. 68.

Nemo ſibi cauſam *poſſeſſionis* mutare poteſt. ib. n. 69. & Conſil. 7. num. 4. p. 125.

Ampliatur n. 5. ib.

Imaginaria poſſeſſio vitium clandeſtinitatis & fraudulentiæ incurrit, quod alteri poſſeſſionem illico auferre nequit. Ibidem numero 70.

Ad fundandum judicium ſummariiſſimum requiritur *poſſeſſio* utrinque dubia. ibidem numer. 74. pag. 48.

Ad *interdictum recuperandæ poſſeſſionis* non pertinet judicium. ibidem numer. 75.

Excuſſo ſummariiſſimo tam ordinarium *poſſeſſorium* quam petitorium ad Auſtregas pertinet. ibidem num. 76.

Id quod ſecus ſe habet, ſi ſimul cauſæ fractæ pacis publicæ acceſſerit. ib. n.77.

Poſſeſſio vel quaſi, cui valida juris præſumtio vel jus commune reluctatur, ab onere probandi non relevat. Lib. 4. Conſil. 5. numer. 2. p. 107.

Uniformitas canonis à longiſſimi temporis lapſu, ſi probata ſit, pro *poſſeſſore* judicandum, isque, quamdiu canonem ſolvit, non expellendus eſt, & longiſſimo tempore poſſeſſor bona illa tanquam Emphyteuſin aut jus perpetuæ Coloniæ præſcribit. Conſ. 7. numer. 8. p. 126.

Juſtè *poſſidet*, qui Autore Prætore poſſidet. Conſil. 14. numer. 3. pag. 242.

Juſſus Judicis illegitimus & non ſervato juris ordine factus neque titulum, neque *poſſeſſionem* præſtat. Conſ. 14. n. 36. p. 251.

Si lex *poſſeſſioni* reſiſtit, tunc nec tituli, nec bonæ fidei præſumtio poſſunt allegari, ne quidem poſt mille annos. Conſ. 15. numer. 7. p. 257.

Poſſeſſio jurium ſeu rerum incorporalium non acquiritur, niſi interveniente ſcientia & patientia adverſarii. Conſil. 19. numer. 32. pag. 347.

Poſſeſſio immemorialis tantum poteſt, quantum Imperator cum cauſa. ib. n. 33.

Privatus contra Principem ſolo jure *poſſeſſionis* uti non poteſt, præcipuè in Regalibus. Conſil. 23. num. 2. p. 397.

Cujus non eſt *poſſeſſio* niſi ex titulo, illius nemo intelligitur poſſeſſor, niſi titulum alleget, ſed præſumitur poſſeſſio precaria Conſ. 23. num. 3. p. 397.

Quisque per juris & Judicis auxilium in *poſſeſſione* ſua defendendus. ibid. n. 5.

Et pro *poſſeſſore* ne dum in claro, verum etiam in dubio caſu eſt pronunciandum. ib. n. 6. p. 398.

Limitantur hæc. ib. n. 7.

Poſſeſſio non defenditur mandatis ſine demonſtratione tituli. ibidem numer. 8.

Et *poſſeſſor* in ejusmodi caſu titulum edere recuſans vel non valens à fiſco poſſeſſione ſua privari poteſt. ib. n. 9.

Periculoſum eſt, nudam *poſſeſſionem* Regalium contra Principem valere debere. ib. n. 10.

Nemo ſuâ *poſſeſſione* ſine cauſæ cognitione privandus. ibidem num. 41. p. 411.

Ne-

Nemini absque cauſæ cognitione & ordinario proceſſu ſua etiam *injuſta poſſeſſio* eſt aufferenda. ibidem n.45. p.412.

Et ſi fiat, ſpoliatus ante cauſæ cognitionem & reſtituendus, licet prædo ſit. ib. n 47.

Si *tertius poſſeſſor interveniens* cauſam à reo principali habet, tunc ſententia lata æquè nocet ei, ſicuti ipſi reo principali. Conſ.40.num.1. p.506.

Ampliatur. n.2.

Si Reus principalis *cauſam poſſidendi* à tertio habet, tunc lis inter principales agitata nocet etiam tertio, paritque ſententia exceptionem rei judicatæ, licet tertius litem agitari ignoraverit. ib. n.3.

Ratio. numer. 4.

Præceptum.

Qui præeſt Reipublicæ duo Platonis *præcepta* obſervet & quænam ſint? Lib. 4. Conſil. 23. num. 23. pag. 403.

Præjudicare. Præjudicium.

Principi *præjudicare* poteſt per Miniſtros eorumque negligentiam. Lib. 4. Conſil. 7. num. 15. pag. 129.

In omnibus actibus, qui tendunt in *præjudicium tertii*, requiritur expreſſa illius contradictio, aliàs per taciturnitatem inducitur à lege conſenſus ſaltem præſumtus. Conſil. 19. n.24. p.344.

Singuli de univerſitate *præjudicare* non poſſunt univerſitati. ibidem n. 29. p.346.

Præſcriptio.

Uniformitas Canonis à longiſſimi temporis lapſu, ſi probata ſit, pro poſſeſſore judicandum, isque, quamdiu canonem ſolvit, non expellendus eſt, & longiſſimo tempore poſſeſſor bona illa tanquam Emphyteuſin aut jus perpetuæ Coloniæ *præſcribit*. Lib.4. Conſ.7. n.8. p.126.

Si quis 30. ſaltem annis rem aliquam ut Emphyteuticam poſſediſſet, reditumque certæ quantitatis annuum ex ea perſolviſſet, *præſcriptione* ea poſſidenti acquiritur. ibid. num. 27. p.134.

Præſcriptio immemorialis habet vim privilegii, veritatis, legis, contractus & pacti. ibidem numer. 28.

Hinc inducit titulum. ibidem num. 29. p.135.

Uſus temporis immemorialis ineptè dicitur *præſcriptio*, ſed potius dicitur conſuetudo. ibidem numer. 30.

Jura Principum ob negligentiam Miniſtrorum *præſcribi* poſſunt. ibidem n.31. p.136.

In iis, quæ ſunt meræ facultatis, nullo tempore *præſcriptio* locum habet. ib. n.41. p.140.

Limitatur. ib. n.42.

Quan-

Quando rei detentor non eſt capax illius poſſidendæ, non poteſt *præſcribere*. Conſil. 15. num. 5. pag. 257.

Et res quæ poſſideri non poteſt, *præſcribi* nequit. ib. n. 6.

Actus vel tractatus coram judice extra figuram judicii facti *præſcriptionem* non interrumpunt. Conſil. 43. n. 21. p. 567.

Exceptio præſcriptionis eſt ex cenſu earum, quas judex ex officio ſupplere tenetur. Conſil. 45. numer. 3. p. 582.

Præſumtio.

Præſumitur mutuum eſſe fœneratitium, quando mutuatarius magno pretio emit rem, quam non emiſſet, niſi pecuniam illam mutuo fuiſſet habiturus. Lib. 4. Conſ. 6. n. 4. p. 118.

Leges in *præſumtione* fundatæ non obligant in conſcientia, ubi deficit veritas præſumtionis. Conſ. 9. num. 8. p. 174.

Pro judice ejusque proceſſu ſemper *præſumitur*. Conſil. 14. numer. 2. p. 242.

Malam *præſumitur* fovere cauſam, qui vivo debitore petere poterat & tamen ideo diſtulit petere, donec ille ſit vita defunctus. Conſ. 18. n. 11. p. 301.

Magna fraudis *præſumtiò* eſt adverſus eum, qui exſpectata morte adverſarii ſui diſtulit debitum petere, donec adverſarii probationes perirent. ib. n. 12.

Conjunctus *præſumitur* ſcire factum conjuncti. ibidem num. 15. pag. 302.

Præſumtio cedit veritati, quia veritas prævalet præſumtioni. Conſil. 19. n. 27. p. 345.

Non laborandum de *præſumtionibus*, ubi de veritate conſtat. numer. 28.

Quilibet ſibi benè conſulere *præſumitur*. Conſ. 20. n. 30. p. 362.

Præſumtiones duæ vel plures, ſi concurrant, faciunt plenam probationem. Conſ. 43. n. 6. p. 563.

Res potius *præſumitur* allodialis, quàm feudalis. Conſil. 43. num. 22. pag. 568.

Limitatur ib. n. 23.

Ampliatur n. 24.

Precarium.

Maximè in rebus incorporalibus in dubio *precarium* præſumitur. Lib. 4. Conſil. 19. numer. 26. p. 345.

Pretium.

Juſtum pretium ex periculo & difficultate actionis, moleſtiarum & ſumtuum, metu potentiæ, rixoſitate debitoris &c. eſt æſtimandum. C. 18. n. 42. p. 310.

Primogenitura.

Jus primogenituræ, quando pro introducta habenda? Lib. 4. Conſ. 39. n. 1. p. 500.

Jus primogenituræ favorabile eſt, & in dubio receptum cenſetur. ibidem n.2.

Primogenituræ jus natis jam liberis, propter jus quæſitum, ipſis non conſentientibus, introduci nequit. ib. n.8. p.502.

Princeps.

Principum gratia fallax eſt, caduca, mortalis, umbra mortis, imo mors ipſa, urſæ inſtar, quos complectitur, ſuffocare ſolet. Lib.4 C.9. n.3. p.169.

Principis magnanimi etiam verba injurioſa ſpernere ac importuna quoque monita ambabus ulnis amplecti debent. Ibidem numer. 5. pag. 173.

Non rectè *Principes* ſuis magiſtratibus conſulunt, dum omnia & ab omnibus indifferenter recipi prohibent. ibidem numer. 10. pag. 174.

Boni Principes in propriis cauſis ſolent agere coram Deputatis & acta poſtea ad Impartiales transmittere. ibid. n.30. p.180.

Princeps Imperii ob intereſſe ſuum camerale contra ſubditum ſuum ipſe judicare nequit. ibid. numer. 31. pag. 181. & Conſ. 35. num. 1. p.480.

Multo minus judex eſſe in propria cauſa, ſi ipſi negotium ſit cum non ſubdito. ib. n. 32.

Judicare nequit *Princeps* in cauſa, quæ proprium ipſius intereſſe Camerale reſpicit. Conſil. 19. num. 9. pag. 337.

Princeps Deum imitatur, hinc magis quam privatus ſuis conventionibus obligatur. ibidem numer. 48. p.351.

Princeps ſit immobilis, ut angularis lapis & Polus in cœlo. ibidem num. 49.

Princeps ſuæ conventioni ne quidem ex plenitudine poteſtatis contravenire poteſt. Ibidem numer. 51.

Pro *Principe* ceu debitore juſtitiæ & Patre communi ſubditorum, non niſi juſtitiæ præſumtio capi poteſt. Conſil. 23. numer. 25. pag. 403.

Princeps neminem lædere velle cenſendus. ib. n.26.

Princeps non debet uti plenitudine poteſtatis in præjudicium ſubditorum. ib. n.27.

Principis contra jura facientis conatus non poteſtatis, ſed tempeſtatis plenitudo dicitur. ibid. num. 28. p.404.

Princeps ſubditos ſuos jurium beneficiis non privare, ſed ipſos potius audire & ubique via juris procedere tenetur. ibidem numer. 40. p.411.

Hypotheſi ſuæ herili deſerviunt, qui *Principem* de poſſeſſione non teneri litigare tradunt. ibid. num. 42. p.412.

Princeps juris ſui fiduciam habere non videtur, ſi non juris ordine procedat. ib. n. 43.

Nec juſta cauſa in *Principe* præſumitur, quando aliquem poſſeſſione ſua privare intendit, ſine cauſæ cognitione. Ibidem num. 44.

Principi aut Magiſtratui non licet alicui absque cauſæ cognitione & ordinario proceſſu ſuam etiam injuſtam poſſeſſionem aufferre. ibid. n. 45.

Princeps Imperii actu Landſaſſius alterius Principis dici nequit. ibidem n. 55. p. 416.

Sola *Principis* ſcientia pro titulo & cauſa conceſſionis habetur. ibid. n. 56. p. 417.

Princeps ſibi ipſi jus dicere & poſſeſſionem propria authoritate capere nequit, ſed eandem à poſſeſſore in petitorio evincere debet. ibid. n. 57.

Princeps in cauſis ipſius intereſſe Cameræ concernentibus Acta ad Extraneos JCtos transmittere obſtrictus eſt. ib. n. 2.

Principes & Status Imperii noſtri nulla ratione Magiſtratus ſunt, aut cum veteribus Romanorum Magiſtratibus comparari poſſunt. Conſil. 44. numer. 10. pag. 576.

Qui ſtatum *Principis* ad aliud regimen ſeu alium Principem divertere molitur, hic Rebellis & læſæ Majeſtatis reus judicatur. Conſ. 45. n. 1. p. 580.

Privilegium.

Quodſi *privilegium* contineat actum ſucceſſivum & reiterabilem, tunc non tollitur per ſingulos actus contrarios. Lib. 4. Conſil. 19. num. 38. p. 348.

Privilegium, quod ſe ab Imperatore habere quidam prætendunt, quod in quibus libet Civitatibus Imperialibus libere habitare poſſint, non attendendum. Conſil. 44. num. 11. p. 577.

Ratio ibidem numer. 12.

Probatio.

Probatio quæ fit per juramentum eſt ficta, irregularis & privilegiata, nec cenſetur probaſſe, qui probavit per juramentum. Lib. 4. Conſ. 4. n. 24. p. 96.

Ubi jura requirunt *evidentiſſimam probationem* juramentum ſuppletorium locum non habet. ibidem n. 25. p. 97.

Ubi *conditio probandi* ab aliquo eſt adjecta, tunc ejusmodi conditio per duos teſtes plenè debet probari. ibidem numer. 26. & 34. pag. 97. & 101.

Ad *probationem* Feloniæ contra vaſallum locum non habet juramentum

tum

tum ſuppletorium. ibid. num. 27. p. 97.

Locum etiam non invenit ad *probationem* exceptionis non numeratæ pecuniæ, ſi biennium elapſum. ib. n. 28.

Si lis & quæſtio eſt de voluntate teſtatoris, tunc ad eam *probandam* 7. teſtes requiruntur. ibidem num. 33. p. 100.

Teſtamenti deperditi contenta quo modo per duos teſtes *probentur.* ib. n. 35. p. 101.

Ab *onere probandi* non relevat poſſeſſio vel quaſi, cui valida juris præſumtio vel jus commune reluctatur. Lib. 4. Conſil. 5. numer. 2. p 107.

Modus probandi per Taxatores probus & optimus dicitur. Conſ. 15. n. 18. p. 261.

Intendens *probare* melioramenta quid imprimis probare debeat? ibidem n 21. p. 262.

Melioramenta *probans*, imprimis probare debet, quod facta ſint à poſſeſſore ipſo vel Domino. ibid. n. 29. p. 265.

Actor, etiamſi in pura negativa ſe fundet, intentionem ſuam *probare* tenetur. Conſil. 18. numer. 3. pag. 298.

Unde qui negat hæreditatem eſſe ſolvendo, id *probare* tenetur. ibidem n. 4.

Maritus, qui negat uxorem aliquid in bonis habere, atque in eo intentionis ſuæ fundamentum ponit, *probare* tenetur. ibidem numer. 5. p. 299.

Tertius qui negat ſolutionem alicujus debiti eſſe factam, illam negativam *probare* obligatur. ibidem n. 6.

Ampliatur hoc, ſi negativa non ſit pura, ſed implicitam habet affirmativam. ib. n. 7.

Quæ ab adverſario ipſo producuntur, plenè contra ipſum *probant* ib. n. 19. p. 304.

Plures præſumtiones juris ſui adducens ſatisfacit decreto, quod injungit *probationem.* ibid. num. 25. p. 306.

Qui ſe fundat in aliqua conventione ſeu transactione, ante omnia *probare* debet, ſe ex ſua parte impleviſſe. ibidem numer. 26. pag. 307.

In concurſu affirmantis & negantis ſecutum implementum, *probatio* non neganti, ſed affirmanti incumbit. ib. n. 27.

Licet pars non excipiat de non ſecuto implemento, judex tamen id videns ex actis, ex officio ſupplere debet. ib. n. 28.

Non *probat* hoc eſſe, quod ab hoc contingere poteſt abeſſe & probatio debet eſſe concludens, non dubia vel æquivoca. Deduct. 2. n. 8. p. 651.

Procurator.

Tunc exſpirat *Procuratoris* officium, ubi proceſſus per ſententiam eſt finitus. Lib. 4. Deduct. 3. num. 29. p. 765.

Promiſſio. Promiſſor.

Promiſſor facti alieni omnem diligentiam adhibendo à præſtando intereſſe liberatur. Lib. 4. Deduct. 1. n. 6. p. 630.

Ampliatur n. 7.

Factum alienum etiam cum effectu *Promittentem* non obligare, ſi ex tali promiſſione enormiſſima vel enormis læſio reſultet. ib. num. 9. p. 631.

Omnis *promiſſio* juxta finem, ad quem principaliter deſtinata & ordinata fuit, accipienda, interpretanda & regulanda eſt. ib. n. 10.

Aliud eſt vendere, aliud *promiſſio* de vendendo. ib. n. 12. p. 632.

Promiſſor facti alieni omnem diligentiam adhibendo à præſtando intereſſe liberatur, licet effecturum ſe eſſe promittat, ut alius det vel ſolvat. Deduct. 3. n. 2. & 3. p. 744.

Proteſtatio.

Nimis indignum eſt, quod ſua quisque voce dilucidè *proteſtatus eſt*, id in eundem caſum infirmare. Lib. 4. Conſ. 7. n. 19. p. 130.

Proteſtatio tollit mentem & præſumtionem, quæ reſultaret ab ipſo facto contrario. in append. Conſ 51. n. 29. p. 859.

Proteſtatio de metu non ſufficit, ſi clam fit. ibidem numer. 40. pag. 864.

Proteſtatio clandeſtina ſufficit in his, quæ dependent tantum ab animo proteſtantis. ib. n. 41.

Et quando *proteſtans* propter metum auſus non eſt intimare proteſtationem, ib. n. 42.

Quæſtus.

Non attenditur, quisnam contrahentium *quæſtum* captat. Lib. 4. Conſil. 20. n. 19. p. 360.

Ratificatio.

Ratificatio ſive expreſſa ſive tacita, ſi fiat in tempore, quo adſit eadem cauſa metus, contractum retro metu factum non convalidat. Lib. 4. in append. Conſ. 51. numer. 37. pag. 863.

Rationes decidendi.

In Dicaſterio Electorali Pomeranio, Partibus deſiderantibus communicantur *Rationes decidendi*. Lib. 4. Conſ. 1. n. 7. p. 46.

Ampliatur ib. n. 8.

Re-

Recognitio.

Recognitio non ad merita & contenta inſtrumenti, ſed tantum ad formam extrinſecam reſpicit, quare etiam fit ſalvis Exceptionibus & ſalva veritatis ſubſtantia. lib. 4. Conſ. 50. n. 1. p. 606.

In cauſis criminalibus *recognitio*, quæ fit per teſtes, etiam indubitanter defuncti ſcripturam recognoſcentes, non admittitur. ibidem n. 2. p. 610.

Reconventio.

In cauſa ſpolii locum non habet *reconventio*, lib. 4. Conſil. 14. n. 40. p. 252.

Conventio & *reconventio* uno proceſſu, unaque eademque ſententia ſunt determinanda. Conſ. 18. num. 21. p. 305.

Licet alterius litis expeditio ſit facilior, priusve de illa liqueat. ibidem n. 22. p. 306.

Deficiente cauſa reconventionis, *reconventio* locum non habet. Conſ. 43. n. 13. p. 565.

Reditus.

Ex *reditibus* ædificiorum non probatur rerum pretium. lib. 4. Conſ. 15. p. 265.

Ædificia & domus plerumque ſteriles ſunt quarum *reditus* pretio non reſpondet, ibidem n. 33.

Referens.

Referenti non creditur absque relato. lib. 4. Conſ. 7. n. 30. p. 135.

Referenti quando absque relato credatur? ibidem n. 35. p. 137.

Inſtrumentum ſe *referens* ad aliud, relato non producto, nihil probat. Conſ. 19. n. 4. p. 335.

Si negotium verſatur inter eos, qui ipſimet geſſerunt, *referens* absque relato probat. ibidem num. 18. p. 341.

Reſcriptum Principis, faciens mentionem de alio, habet fidem, licet illud non producatur. ibidem n. 19.

Et ubi in *referente* plenè narratur factum in relato contentum, facit plenam orationem. ibidem n. 20.

Item ſi ex obſervantia ſubſecuta vel aliunde conſtet de veritate relati. ibidem n. 21. p. 342.

Regalia.

Arces & Palatia Prætoria Raths- und Gerichts-Häuſer und Bäncke juris decidendi cauſa exſtructa, inter *Regalia* numerantur. lib. 4. Conſil. 1. num. 35. & 36. p. 22.

Hinc ejusmodi Dicaſteria, Arces & Palatia in alieno territorio absque illius violatione & turbatione ædificari nequeunt. ibidem n. 37. p. 23.

Definitio regalium minorum & majorum. Conſ. 23. n. 11. & 12. pag. 399.

Differentia inter Regalia majora & minora. n. 18. p. 402.

Regalium minorum fundamentum uni-

univerſum eſt ambignitas Dominii. ibidem n.24. p.403.

Negligenda eſt illa opinio adulatoria, quæ Principi defert & inter *Regalia* enumerat omnia, quæ poſt ſuperficiem usque inter viſcera terræ exiſtunt. ibidem n.37. p.407.

Relatio.

Pendente *relatione* Judicis officium requieſcit. lib. 4. Conſ.15. n. 14. p.260.

Remiſſio.

Penſio ob ſterilitatem non *remittitur*, ſi aliorum annorum ubertate compenſatur. lib.4. Conſil. 20. n. 3. p. 357.

Remiſſio primo anno facta, ob ſequentium annorum ubertatem eſt revocanda. ibidem n.4.

Si ſterilitas ſaltem in aliqua ſpecie frumenti contingat, *remiſſio* non facilè eſt petenda. ibidem n.5.

Reſpiciendum quoque an magnum fuit pretium fructuum, ex quo pretio damnum ſterilitatis compenſari queat. ibidem n. 6.

Merces debetur ob uſum, ſeu utilitatem, quod ſi igitur conductor illam non conſequatur, mercedem quoque non niſi ratione uſus percepti ſolvere tenetur. ibidem n.7. p. 358.

Juxta communiorem & receptiorem ſententiam, conductor *exonerationem mercedis* pro rata ſterilitatis conſequitur. ibidem n.10.

Quodſi ſterilitas & damnum contingit vitio ipſius rei & oritur ex ipſa re & ejus debilitate directa atque intrinſeca qualitate, conductor *mercedis remiſſionem* petere nequit, ſed ſibi imputet colonus. ibidem n.15. p.360.

Mercedis ſive penſionis remiſſionem ob ſterilitatem ſuadet æquitatis & juris ratio. ibidem n.26 p.361.

Remuneratio ſive donatio ob benè merita.

Remunerationes benè meritis Miniſtris factæ non ſunt donationes, ſed inter contractus oneroſos referuntur. lib.4. Conſ.9. n.45. p.189.

Talia quæ amicis & famulis benè meritis pro *remuneratione* dantur in pios uſus errogari videntur. ibidem n 47. p.190.

Ad validitatem talis donationis requiritur ut merita, quæ illam præcedere debent, ipſi *remunerationi* æquivaleant. ibidem n 48.

Id quod in dubio non præſumitur. ibidem n.49.

Secus tamen in *donatione* Principis *ob benè merita* factâ, quæ indiſtinctè valet. ibidem n.50.

Aſſertio generalis *meritorum* à Principe probata plenè probat. ibidem n.51.

Hinc talis *donatio* ob ingratitudinem revocari nequit. ibidem num. 52. p.191.

Ceſſat L. 8. C. de rev. don. in *donatione remuneratoria*. Conſ. 17. n. 8. p. 281.

Ratio

Ratio ibidem n.9.

Renunciatio.

Juri pro ſe introducto, quilibet *renunciare* poteſt. lib. 4. Conſil. 28. n. 2. p. 446.

Qui permittit labi tempus & intra illud jus ſuum non proſequitur, videtur juri ſuo *renunciare*. Deduct. 3. n. 8. p. 746.

Renunciaſſe videtur exceptioni, qui ſpontè ſolvit. in append. Conſ. 51. n. 64. p. 874.

Res.

Res perit ſuo domino. lib. 4. Conſ. 10. n. 20. p. 206.

Limitatur in fiduciario hærede. n. 21.

Res inter alios actæ aliis nihil proſint vel obſint, generale eſt. Deduct. 3. n. 19. p. 759. & Deduct. 4. n. 9. p. 815.

Res judicata.

Infringitur *res judicata*, ſi partes illud, quod ſemel judicio deciſum eſt, iterum in judicium deduci ſinant & ſuper eo de novo litigent. lib. 4. Conſ. 19. n. 10. p. 338.

Quando Reus abſolutus eſt ideo, quia actor ſuam intentionem non probavit, vel potius neglexit, hæc ſententia videtur merè interlocutoria & actor non obſtante *rei judicatæ* auctoritate denuo agere poteſt. ibidem n. 11.

Ratio ibidem n. 12.

Qui ſemel deciſum ſinunt iterum in judicium deduci & ſuper eo litigant, cenſetur renunciare *judicato*.

Reſcribens. Reſcriptum.

Reſcriptum Principis, faciens mentionem de alio, habet fidem, licet illud non producatur. lib. 4. Conſ. 19. n. 19. p. 341.

Mens *Reſcribentis* ex verbis Supplicationis declaratur. ibidem n. 23. p. 344.

Reſidentiæ jus.

Epiſcopi & Prælati omnes in ſuis Eccleſiis & monaſteriis vel locis ſui beneficii *reſidere* adſtricti ſunt. lib. 4. Conſ. 1. n. 6. p. 11.

Id quod & ad Epiſcopos, qui ſimul ſunt Principes Imperii, extenditur. ibidem n. 7. p. 12.

Omne beneficium requirit *Reſidentiam* & beneficiarium debere in ea reſidere. ibidem n. 8.

Ad eſſentiam & formam civitatis requiritur, quod habeat Epiſcopum. ibidem n. 9. p. 13.

Ampliatur. ibidem n. 10. 11. 12. 13. 14. & 15.

Epiſcopi Germaniæ ſolennem introitum in illa civitate, in qua *jus Reſidentiæ* habent, plerumque inſtituunt. ibidem n. 23. p. 16.

Jus reſidentiæ præter omnem dubitationis aleam Regaliis annumeratur. ibidem n. 30. p. 20.

Solis Principibus competit *habere Palatia*. ibidem n. 31. p. 21.

Palatia olim dicebantur, ubicunque aut manſio Imperatotis aut Præfecti erat. ibidem n. 32.

Princeps qui aliorſum ſe confert, vel ditioni-

ditionibus ſuis expulſus vel ſpontè etiam ob ſenium vel aliam ob cauſam Ducatum alii ceſſit, quia reaptè ſuperioritate territoriali non amplius gaudet, nec *Reſidentiam* propriè ſic dictam poſſidet & ſic per conſequens nec jura aſylorum ædibus ſuis vindicare valet. ibidem n. 33. p. 21. & 22.

Magna eſt differentia inter *Reſidendentiam* Epiſcopalem & ſecularem. ibidem n. 47. p. 30.

Neceſſitas *Reſidentiæ* Epiſcopi in Diœceſi ad civitatem Cathedralem præciſè non reſtricta eſt. ibidem n. 50. p. 34.

Jus Reſidentiæ in & per ſe non eſt neceſſarium conſequens juris intrandæ. ibidem n. 65. p. 42.

Reſiduum.

Appellatione *reſidui* totum continetur. lib. 4. Conſ. 18. n. 9. p. 300.

Reſponſio.

Reſponſio ſimplex ad omnia præcedentia refertur. lib. 4. Conſil. 19. n. 6. p. 335.

Reſtitutio.

In rebus ad Principem ſpectantibus ne quidem ſpoliatus eſt *reſtituendus*, antequam titulum docuerit. lib. 4. Conſ. 23. n. 4. p. 397.

Petitio reſtitutionis rei ambigua eſt, & æquè ſe habet ad petitorium atque ad poſſeſſorium. Conſil. 43. n. 1. p. 562.

Multum intereſt, utrum petatur *reſtitutio* rei, an poſſeſſionis. ibidem n. 2.

Ampliatur n. 3.

Filius ex privilegio minoris ætatis *reſtituitur* adverſus immiſtionem. Deduct. 2. n. 53. p. 675.

Retractus.

Retractus in permutatione locum non habet. lib. 4. Conſil. 2. num. 46. p. 69.

Reus.

Reus excipiendo fit actor & exceptio niſi probetur reſolvitur in confeſſionem. lib. 4. Conſ. 18. numer. 1. p. 297.

In quibus allegationibus conſiſtit vis ac fundamentum exceptionis, in his *reo* probatio incumbit. ibidem n. 2.

Revocabile.

Revocabile ex ſui natura, fit irrevocabile ob benè merita. lib. 4. Conſ. 17. n. 10. p. 281.

Rotulus.

Poſt publicationem *rotuli* omnis ulterior probatio & teſtium productio impeditur, nec poſſunt teſtes alii ſuper iisdem articulis vel directò contrariis produci. lib. 4. Conſ. 42. n. 2. p. 545.

Sacerdos.

Modeſtius cum iis agendum, *qui præſunt curæ animarum*, eorumque imbecillitates potius occultandæ, quam propalandæ, ne ipſum Miniſterium contemtui habeatur & ſcan-

ſcandalum inde aliis Eccleſia detur, quare delinquentes coercitione digniſſimi ob læſam reverentiam, quæ miniſterio ſacro debetur. Conſ. 41. n. 3. p. 537.

Ampliatur n. 4.

Sacerdotes omni tempore in magno honore Germanis fuerunt. ibidem n. 5.

Ampliatur n. 6.

Scientia.

Scientia Officialium ac Præfectorum habetur pro ſcientia Principis ac Domini. Lib. 4. Conſ. 7. num. 16. p. 129.

Et illorum *ſcientia*, negligentia & patientia nocet Domino, ut nec ex clauſula generali reſtitutio ipſi detur. ibidem n. 17. & 32. p. 129. & 136.

Scientia & conſenſus ex ſolius longi temporis lapſu præſumitur & probatur. ibidem n. 33. p. 136.

Ex ſola *ſcientia* præſumitur acceptatio, ſi ad id, quod præjudicio nobis aut adverſum eſſe poteſt, non proteſtemur. ibidem num. 34. p. 137. & Deduct. 2. n. 30. p. 674.

Scriptura.

Scriptura privata, niſi legitimè fuerit recognita, nihil probat. Lib. 4. Conſ. 33. n. 2. p. 466.

Scriptura præcedens certa & determinata, declarat ſequentem generalem. Deduct. 1. n. 5. p. 630.

Scriptura cum ziphris interdum non valet, ob præclivè falſitatis vitium. Deduct. 2. n. 5. p. 651.

Sententia.

Sententia Epiſcopi extra ſuam diœceſin lata eſt nulla. Lib. 4. Conſ. 1. n. 43. p. 23.

Sententia in ſummariiſſimo poſſeſſorio, licet ratione cauſæ principalis dicatur interlocutoria, reſpectu tamen proceſſus & inſtantiæ definitiva eſt & executionem poſt ſe trahit, ibidem n. 71. p. 47.

Omnis *ſententia* per quam expirat judicis officium, vim definitivæ habet. ibidem n. 72.

Et retractari nequit. ibidem n. 73. p. 48.

Sicuti ratio eſt anima legis, ita & *ſententia* nullum habet authoritatem, niſi rationibus fuerit munita. Conſ. 30. n. 3. p. 459.

Ampliatur ibidem n. 4.

Ab interlocutoria appellati non poteſt. Conſ. 36. n. 8. p. 486.

Ampliatur ibidem n. 9.

Sententia inter caſus fortuitos & aleæ luſus refertur. Deduct. 1. n. 27. p. 636.

Sententia ſine cognitione cauſæ lata, non tranſit in rem judicatam. Deduct. 2. n. 24. p. 669.

Nemo *ſententiam* melius declarare poteſt, quam judex qui eam tulit. ibidem n. 27. p. 670.

Si quid expreſſe fuerit petitum, judex de eo in *ſententia* non faciens mentionem, de eo abſolviſſe exiſtimatur.

matur. ibidem n.28. & 40.p.671. & 677. & Deduct.3.n.32.p.771.

Sententia contra tutorem vel curatorem in cauſa pupilli vel minoris lata, etiam contra pupillum vel minorem executioni mandari poteſt. Deduct.3. n.30. p. 767.

Non devolutio *Sententiæ* dicit jurisdictionem Cameræ non fundatam & eſt quæſtio jurisdictionis primaria. Deduct 4.n.1.p.809.

Sermo.

Sermo eſt caracter animi & verba demonſtrant voluntatem loquentis. lib.4. Conſ.18. n.75.p.324.

Servitia.

Juris controverſi eſt, ſi annuatim ex conventione loco ſervitiorum pecuniam vel frumentum pendit Colonus, numquid elapſo triennali interſtitio nihilominus Domino volente & jubente teneatur *ſervitia* præſtare. lib.4. Conſ.19. num.25. p.344.

Singuli.

Singuli de univerſitate præjudicare non poſſunt univerſitati. Lib.4. C.19. n 29. p.346

Civitatis quæ ſunt, non ſunt *ſingulorum*. ibidem n.30.

Civibus *ſingulis* ut ut conjunctis non licet agere cauſam civitatis publicam, niſi ipſis ex Conſtitutione Reipubl. poteſtas tanquam Deputatis, als dem Ausſchuß, ſit data. ibidem n.31.

Societas. Socius.

Ex hujusmodi *Socii* contractu, qui ab altero neque expreſsè neque tacitè communi negotiationi eſt præpoſitus, ipſe ſolus ei, cum quo contraxit, obligatur, licet *Societatis* nomine contraxerit, & nomen Socii ſimul expenderit, lib.4. C.13. n.20. p.230.

Niſi pecunia inde accepta in communem *Societatis* utilitatem ſit verſa. ibidem n.21. p.231.

Id quod creditor aſſerens probare debet. ibidem n.22.

Et quamvis *Societati* & communibus *ſociorum* negotiis quis præponi poſſit, non tantum expreſsè, ſed etiam tacitè, ipſo facto & ſcientia ſeu patientia. ibidem n.23.

Hoc tamen limitatur in minore, cujus conſenſus etiam expreſſus eſt infirmus & ob id eget auxilio curatoris. ibidem n.24.

Ex *ſocia* quæ ſuſpectæ converſationi adfuit, non præſumi poteſt nihil mali perpetratum eſſe, ſi hæc ipſa luxurioſæ conſuetudinis ſit. C.16. n.6. p.271.

Si unus *ſociorum* contractum non adimpleverit, alteri ab ipſo recedere utique licet. in append. Conſ. 51. n.57. p.870.

Inter *Socios* quæſtus partes æquales eſſe debent & quomodo? ibidem n.58.

Societas conjugalis. vid. Bonorum Communio.

Solus

Solus.

Solus cum *Sola* non præſumitur orare pater noſter. Lib.4.Conſ. 16. n.7. & 16. p.272. & 274.

Solutio.

Solutio ejus quod jure naturali debetur, quædam quaſi compenſatio & genus quoddam permutationis eſt. Lib.4. Conſ.9. n.46. p.189.

Ex temporis diuturnitate *ſolutio* præſumitur. Conſ.18. n.34. p.309.

Ex taciturnitate creditoris per decem & plures annos, *ſolutio* facta præſumitur. ibidem n,36.

Quatenus uni creditori *ſolutum* ab aliis potius jus habentibus revocari poſſit. Deduct. 3. numer. 14. p.756.

Poſt repetitos proteſtationes liberè *ſolvens* à præcedentibus proteſtationibus receſſiſſe non videtur, ſi proteſtationes metu veſtitæ fuerunt, in append. Conſ. 51. numer. 43. p.865.

Spes.

Jus ſive *ſpes debitum iri* ad hæredes devolvitur. Lib.4. Conſ.22. n.19. p.387.

Si *ſpes* alicui facta de mutuo eidem dando, ſi tamen ſtare promiſſis alter nequeat, cogi non poterit ad contractum implendum. Deduct. 1. n.16. p.632. Deduct. 3. numer.7. p.746.

Spolium.

Qui cauſa non cognita dejicitur, *ſpoliatus* habetur. Lib. 4. Conſil. 9. n.42. p.186.

Spoliatus etiam authoritate Principis ante omnia eſt reſtituendus, quando cauſa non cognita ſpoliatio facta eſt. ibidem n. 43.

Status Imperii.

Status Imperii in criminalibus ſolum Imperatorem Judicem agnoſcunt. Lib.4. Conſ.44. n.1. p.573.

Ampliatur. n.2. p.574.

Statutum.

Quicquid *jure ſtatutario* omiſſum & non expreſsè mutatum eſt, iſtud absque omni dubio ſub diſpoſitione juris communis manet. Lib. 4. Conſ.4. n.3. p.80.

Stipulator.

Stipulator magis ſibi quàm filio proſpexiſſe præſumitur, idque ſecundum ordinem charitatis. Hinc frater præſumitur ſtipulari filio ut hæredi, non ut filio. Lib.4. C.17. n.12. p.282.

Stuprum.

Aſſertio mulieris de *ſtupro violento* ſibi illato non facit indicium, niſi juramento firmata. Lib.4. Conſ.48. n.10. p.595.

Subditus.

Imperatoris & Procerum Imperii intereſt, *ſubditos* ſuos ab alio non poſſideri, juraque univerſitatis non diminui. Lib. 4. Conſil. 21. n. 5. p. 380.

Ne quidem in minima particula & quare? ibidem n.5. p.381.

Subditorum nomine illi, qui bona tantum ſub aliquo habent, non veniunt. Conſ.23.n.54.p.416.

Subhaſtatio.

Ex *ſubhaſtatione* nulla, nec dominium transfertur, nec poſſeſſio. Lib.4. Conſil. 14. num. 27. p.249.

Succeſſio.

Primo acquirenti immediatè *ſuccedi* nequit. Lib. 4. Conſ. 2. numer. 5. pag. 54.

Succeſſio ab inteſtato tacitum dicitur teſtamentum ex voluntatis conjectura, quid ei deferri voluit defunctus, qui ei cariſſimus fuiſſe creditur. ibidem n.28. p.60.

De jure communi in *ſucceſſione ab inteſtato* proximiores excludunt remotiores. Conſ. 10. numer. 12. p.205.

Et quando vocata eſt familia, illi qui ſunt de familia, *ordine ſucceſſivo* vocati cenſentur. ibidem numer. 13.

Et ultimi poſſeſſoris proximitas in *ſucceſſione* attenditur. ibidem numer. 14.

Teſtamento deſtituto *ſucceſſioni ab inteſtato* locus eſt. C.24. n.6. p.421.

Sumtus vid. Expenſæ.

Superioritas Territorialis.

Ex jure eligendi Prætorem & Scabinos eosque confirmandi, *Superioritas* arguitur. Lib. 4. Conſil. 1. n.18. p.14.

Per jurisdictionis criminalis ſeu meri Imperii exercitionem *ſuperioritas* docetur. ibidem numer. 21. pag. 15.

Dicaſterium Provinciale Hof-Gericht, ut & Conſtitutio Provincialis Bedens Ordnung ſunt peculiaria *Territorii jura* & jurisdictionis actum territorii jure radicatum ad oculum demonſtrant. ibidem n.34. p.22.

Epiſcopis non competit *territorium temporale*, ſed ſaltem Diœceſis, quæ tantum jurisdictionem in Spiritualibus denotat, & cujus appellatione propriè territorium vel diſtrictus non venit. ibidem numer. 48. & 49. p.34.

Executio ſola tribuit *Superioritatem* vel jurisdictionem, ſed ut plurimum eſt nudum onus & ſervitium ita à Superiori commiſſum. ibidem n.59. p.40.

Taciturnitas.

In omnibus actibus, qui tendunt in præjudicium tertii, requiritur expreſſa illius contradictio, alias per *taciturnitatem* inducitur à lege conſenſus ſaltem præſumtus. Lib.4. Conſil. 19. n.24. p.344.

Taxator.

Taxator qui ab initio ſuæ functionis generali juramento eſt adſtrictus, de novo jurare non debet. Lib. 4. Conſ. 15. n.25. p.264.

Sed ſtatus ipſorum fidei. ibidem numer. 26.

Teme.

Temeritas.

Ceſſat *temeritas* litigandi in eo, qui de calumnia juravit, hinc in expenſas haud condemnandus. Lib. 4. Conſ. 18. n. 44. p. 311.

Actoris temeritas magis punienda, quam Rei & quare. ibidem n. 49. p. 313.

Id quod & ad hæredes extenditur. ibidem n. 50.

Tempus.

Uſus *temporis* immemorialis inepte dicitur præſcriptio, ſed potius dicitur conſuetudo. Lib. 4. Conſ. 7. n. 30. p. 135.

Tempus decennii inter præſentes longum dicitur. Conſ. 18. num. 35. p. 309.

Quando aliquid in *futurum tempus* collatum eſt, contrahentes pro lubitu pœnitere poſſunt. Deduct. 1. n. 15. p. 632.

Terminus probatorius.

Poſt *terminum probatorium* elapſum produci poſſunt, quæ tendunt ad confirmationem prius productorum. Lib. 4. Conſ. 18. num. 23. p. 306. 28.

Judex neque ex officio neque ad inſtantiam partis effluxo *termino probatorio* alium concedere valet. ibidem numer. 32. pag. 308.

Excluſio per lapſum *termini probatorii* non eget accuſatione vel proclamatione. ibid. n. 33.

Terminus probatorius eſt peremtorius. Conſ. 19. n. 1. p. 333.

Hinc ne quidem opus eſt accuſatione vel proclamatione. ibidem numer. 2.

Territorium.

Territorii Dominus fundatam habet jurisdictionem in omnibus, quæ territorii finibus continentur. Lib. 4. Conſil. 44. numer. 14. p. 577.

Tertius.

Quando *tertius* etiam non citatus ſciviſſet, cauſam ſuper re ad ſe ſpectante agi, ſententiamque in ea latam eſſe, nec pro ſuo intereſſe comparuiſſet, aut contraxiſſet, tunc non auditur, executionem volens impedire. Lib. 4. Conſ. 40. n. 5. p. 506.

Ratio. n. 6. p. 506.

Ampliatur. n. 7.

Si jus *tertii* à principali jure alienum & ſeparatum eſt, interventio locum non habet, ſed nova opus eſt inſtantia. ibid. n. 8.

Ampliatur. n. 9.

Teſtamentum. Teſtator.

Judex de intentione *teſtatoris* literarum planè ignari non certus eſſe poteſt ex ſcriptura, quæ alterius eſt tertii. Lib. 4. Conſ. 4. num. 1. p. 78.

Teſtamentum Analphabeto antea in præſentia omnium teſtium non prælectum, pro nullo & invalido habetur. ibidem n. 2.

Cœcus non niſi nuncupativè *teſtari* poteſt & quidem in præſentia 8. teſtium &c. n. 4. p. 82.

Omne *teſtamentum* nuncupativum, poſtquam in ſcripturam redactum eſt, teſtatori coram teſtibus in id congregatus prælegendum eſt. n. 5. p. 83.

Non facilè credendum, *teſtatorem* omnium bonorum hæreditatem uni tantum tabulario commiſiſſe, reliquis teſtibus ignaris. ibid. n. 14. p. 93.

Non ſufficit ad validitatem *teſtamenti analphabeti*, ſi teſtator dixiſſet: quod teſtamentum ſibi prælectum fuerit, ſed abſolutè requiritur, ut 8. teſtes prælectionem audierint. ib. n. 15.

Hæredis inſtitutio eſt baſis, fundamentum & forma interna ſubſtantialis cujusvis *teſtamenti*. Conſ. 24. n. 1. p. 419.

Teſtamentum non valet, quod hæredem directò inſtitutum non habet. Conſil. 24. num. 2. p. 420. 27.

Tabulæ *teſtamenti* non intelliguntur, quibus hæres ſcriptus non eſt. ib. n. 3.

Quodſi nemo ex *teſtamento* hæres extiterit, id quod contingit, ſi vivo adhuc teſtatore hæres deceſſerit, hujusmodi teſtamentum deſtitutum dicitur. ibid. numer. 4. p. 421.

Qua deſtitutione totum infirmatur *teſtamentum* & per omnia irritum redditur, ut nihil planè ex eo valeat. ibidem n. 5.

Nemo pro parte *teſtatus*, pro parte *inteſtatus* diſcedere poteſt. ib. n. 7. p. 422.

Teſtator qui non addit, quod addere potuiſſet, noluiſſe videtur. ibid. n. 8.

Teſtamentum quod non habet ſolennia ſua, non validum eſt. ibidem n. 9.

Secundum praxin noviſſimam uſu fori generaliter receptam, ad *teſtamentum peſtis tempore confectum* ad minimum duo ſive tres teſtes requiruntur. ibidem numer. 10.

Teſtamenta per ſubſcriptiones & ſignacula teſtium fidem accipiunt. ib. n. 11. p. 423.

Ad *teſtamentum peſtis tempore confectum* expreſſè requiritur, ut vel teſtator ipſe decumbat, vel ipſius domus hac hic ſit infecta. ibidem numer. 12.

Teſtamentum ob omiſſam ſolennitatem intrinſecam ipſo jure nullum eſt. ibidem n. 13.

Ut & ob non ſervatas ſolennitates extrinſecas, imperfectum. ibid. n. 14.

Quodſi à teſtatore cœptum tantum, ſed nondum planè perfectum ſit *teſtamentum*, non valet. ibidem n. 16. p. 424.

Quoties *teſtator* exemplum teſtamenti præparat & antequam teſtetur moritur, non valet antequam teſtetur. ibidem n. 17.

Teſtimonium. Teſtis.

Quando *teſtes* plures contradicunt paucioribus & contrarium ejus, quod per pauciores depoſitum fuit deponunt, hi falſi & perjurii habendi. Lib. 4. Conſ. 4. numer. *6.* p. 87.

Ampliatur. ibidem n. 7.

Teſtis refutatus vel deſtitutus ab eo, in quem ſe referebat & in quo ſe fundabat, vel quem in conteſtem nominabat, aut præſente quo vel conſcio factum eſſe dicebat, ad ſubſtantiam rei nihil probat. ibidem n. *16.* p. 94.

Teſtis in uno falſus in totum talis reputatur. ibidem n. 17.

Simplex notorii *teſtimonium* facit ſaltem præſumtivam probationem, cui vera & naturalis duorum teſtium probatio præfertur. ibidem n. 18.

Quando Notarius vim duorum *teſtium* habeat? ibidem n. 19.

Limitatur in actibus judicialibus. ibidem n. 20.

Limitatur in materia teſtamenti, in qua plus non creditur Notario quam unico *teſti.* ibidem numer. 21.

Teſtis dicens ſe non vidiſſe probat, quando negativa eſt coarctata loco & tempore. ib. n. 22. p. 95.

Unicus *teſtis* contra producentem plenè probat. ib. n. 25. p. *96.*

Leges civiles in teſtamentis requirunt 7. *teſtes* non ſimplicis ſolennitatis gratia, ſed ut de voluntate teſtatoris eo magis conſtaret & fraudis & impoſturæ ſuſpicio removeatur. ibidem numer. 29. p. 97.

Hæres in teſtamento ſcriptus & inſtitutus non poteſt eſſe *teſtis.* ibidem n. 31. p. 99.

Teſtimonium domeſticum quando locum habeat? Conſ. 7. numer. 24. p. 133.

Teſtes domeſtici probant contra eum, qui ipſe domeſticus eſt. ibidem n. 25.

Domeſtici teſtes quinam ſint? ibidem n. 26.

Teſti de proprio facto deponenti plus creditur quam aliis teſtibus, ſi nullum ejus Intereſſe in eadem cauſa verſetur. Conſ. 15. n. 20. p. 262.

Teſtis in mortis articulo injuratus deponens nihil probat. ibidem n. 24. p. 264.

Si quis *teſtes* producit & tales, quos ſcire potuit & debuit, nihil notitiæ habere, ut appareat inutiliter, vexandi adverſarii aut protrahendæ litis cauſa feciſſe, puniendus eſt. Conſ. 46. n. 1. p. 585.

Socius criminis contra ſocium, quem nominat, *teſtis* eſſe poteſt. Conſ. 47. n. 1. p. 588.

Ipſe

Ipſe denunciator poteſt eſſe *teſtis*, quando judex non procedit propter denunciationem, ſed ex officio. ibid. n. 2.

Teſtis non omni exceptione major, ut inhabilis vel inidoneus non ſtatim rejiciendus, quia inter idoneos gradus dantur pro arbitrio judicis. ibid. n. 3.

In occultis, ubi veritas aliter haberi non poteſt, etiam parentum *teſtimonium* admittitur. ibidem n. 4. p. 589.

Teſtibus injuratis nullo jure fides adhibenda. Conſ. 48. n. 1. p. 592.

Ampliatur. n. 2.

Juramentum depoſitionem præcedere debet. ib. n. 3.

Ampliatur. n. 4.

Teſtis prima vice deponens ſine juramento, ſecunda vero juratò contraria deponat priori depoſitioni, punitur ut falſarius. ibidem n. 5. p. 593.

Teſtibus etiam *injuratis* creditur, quando ad informationem judicis ex officio ſolum adhibentur in ſcrutinio ad Inquiſitionem in cauſis criminalibus ſuſcepto. ibidem numer. 6.

Limitatur. ib. n. 7. p. 594.

Mater quando & quomodo *teſtis* eſſe poſſit in cauſa liberorum. ibidem n. 11. p. 595.

Denunciator poteſt eſſe *teſtis*, quando judex ex officio & inquiſitoriè procedit. ibidem n. 12.

Quando quis *teſtis* eſſe poſſit in propria cauſa. ibidem n. 13.

Complices & ſocii criminis etiam in *teſtes* admittuntur. ibidem n. 14. p. 596.

Ampliatur n. 15.

Examinis *teſtium* continuatio poſt appellationem interpoſitam non licet judici à quo. Deduct. 2. n. 61. p. 702.

Ampliatur ibidem n. 62.

Theſaurus.

Theſaurus paſſim ad inventorem non vero ad dominum territorii pertinere & jus Romanum hoc in caſu minimè ſublatum eſſe. Lib. 4. Conſ. 23. num. 38. & 39. p. 408. & ſeqq.

Titulus.

Quodſi olim ex locatione conductione cœpit detenſio & penſio, etſi per centum annos quis fundum tenuerit & uniformem canonem ſolverit, manet tamen idem *titulus*, nec aliud ſit jus habentis. Lib. 4. Conſ. 7. n. 3. p. 125.

Transactio.

Transactio inter alios facta nec nocere vel prodeſſe debet. Lib. 4. Deduct. 3. n. 18. p. 759. & Deduct. 4. num. 8. p. 815.

Transmiſſio.

Nemo plus *transmittit*, quam ipſe habet. Lib. 4. Conſ. 22. numer. 6. p. 385.

Exemplo eſt legatarius. ibidem n. 7.

Ratio. ibidem n. 8.

Trans-

Transmiſſio Actorum.

Acta in civilibus quaſi ex compromiſſo partium ad extranea Collegia *tranſmittuntur*. Lib. 4. Conſil. 30. n. 5. p. 460.

Tributum.

In univerſo terrarum orbe nullus reperitur Rex aut Princeps cui fas ſit *tributum* ſuis ſubditis ſine ipſorum conſenſu imponere. Lib. 4. Conſ. 5. n. 24. p. 114. & Conſ. 23. num. 19. p. 402.

Ceſſante neceſſitate ceſſat quoque juſtitia *tributuum*. ib. n. 21.

Turbator poſſeſſionis.

Pro *turbatore* exiſtimatur, qui alterius jus obſcurum facit vel in dubium revocat, hinc interdicto uti poſſidetis adverſus eum experiri licet. Lib. 4. Conſil. 5. numer. 1. pag. 106.

Tutela. Tutor.

An & quando vax *tutoris* abſolutè poſita generaliter ſit accipienda, ita ut etiam honorarios comprehendat. Lib. 4. Conſil. 12. numer. 1. pag. 216.

Tutoris honorarii objectum quodnam ſit? ib. n. 3. p. 217.

Tutori honorario non adminiſtratio *tutelæ*, ſed inſpectio tantum in ordinarios tutores competit. ib. numer. 4. p. 218.

Mater Principis, cui *honorarius Tutor* adjunctus, impediri non poteſt ab hoc in adminiſtratione, quamdiu illam pupillo noxiam eſſe non apparuerit. ib. n. 5. p. 219.

Tutor, qui nomine pupilli calumnioſam litem ſuſcepit, in expenſas proprio nomine condemnatur. Deduct. 1. n. 21. p. 635.

De ſubſtantialibus *tutelæ* eſt, pupillum indefenſum non relinquere. Deduct. 1. n. 25.

Tutor licet contrariam ſententiam reportaverit, tenetur tamen appellare, ſolennia adimplere, niſi judicio tutelæ teneri velit. ibidem num. 25. p. 636.

Tutor licet quid faciat nomine ſuo, præſumitur tamen & cenſetur facere nomine pupilli. Deduct. 1. n. 38. p. 644.

Ampliatur n. 39.

Condemnatur *tutor* tanquam tutor, non intelligitur condemnatus, niſi tutorio nomine. Deduct. 2. n. 46. p. 685.

Tutor in contrahendo, licet quid faciat nomine ſuo, præſumitur tamen & cenſetur facere nomine pupilli. ib. n. 47.

In *tutorem* non fit executio, ſed in ejus pupillum. Deduct. 3. num. 1. pag. 740.

Tutor expenſas litis calumnioſæ pupillo imputare non debet. ibid. n. 13. p. 752.

Ubertas.

Colonus non ſemper ex *ubertate* ſentit commodum, cum fructus eo quoque caſu vili pretio vendi ſoleant. Lib.4. Conſ.20. n.11. p.360.

Variatio.

Variatio arguit ſuſpicionem falſi & doli & facit præſumtionem contra variantem. Lib.4. Conſ. 4. num. 11. p.89.

Variatio legibus inimica, jure damnata & non ferenda eſt. Conſil. 7. n. 21. p.130.

Vaſallagium.

Vaſallagium ratione bonorum feudalium præſtatur. Lib.4. Conſil. 21. n.3. p.380.

Venatio.

Principes ſe Reipublicæ expedire putabunt plebejis citra injuriam *venandi* licentiam adimere potuerunt & quare? Lib.4. Conſil.23. n.15. p.401.

Venditio.

Venditor vindicans rem quam ipſe vendidit, exceptione doli poteſt ſubmovere. Lib.4. Conſ.15. n.10.11. p.258.

Tam alienæ quam propriæ res *vendi* poſſunt. ib. n.12.

Venditor non præciſè rei venditæ dominium transferre cogitur, ſed ſufficit, ſi ſaltem præſtet conditionem uſucapiendi. ib. n.13.

Aliud eſt *vendere*, aliud promiſſio de vendendo. Lib.4. Deduct. 1. n.12. p.623.

Qui coactus eſt *vendere* domum, licet deinde ptetium ultro accipiat, attamen exinde non videtur approbare venditionem antea factam. in append. Conſ.51. n.32. p.860.

Verbum.

Verbum: *Poſteri*, tam maſculos, quam fœminas complectitur. L.4. C.2. n.37. p.65.

Ut & deſcendentes ex fœminis. num. 38.

Sub verbo: *Poſteri*, fœminæ quoque continentur, etiam quando de feudo agitur. n.39.

Quando teſtator pro agnationis conſervatione ſubſtitutionem fecit, *filiorum* appellatione non veniunt filiæ. n. 40. 41.

Verba: **Männliche Lehens-Erben** ſunt ſaltem intelligenda de ordine ſucceſſivo. n.42. p.66.

Verba Principis juramento æquiparantur & plenam fidem habent, etiamſi enunciativa tantum ſint. Conſ. 5. n.20. p.112.

Ampliatur ib. n.21.

Generalitas vocabuli **frey**, per ſubſecutam obſervantiam declaratur. ib. n.23. p.113.

Origo verbi: **Beedt** & quod olim precarium fuerit, demonſtratur. ib. n.26. p. 114.

Verbum: **Erblich**, involvirt Emphyteuſin. Conſil.7. num.22. pag. 132.

Verbum: **Regent oder Regentin**, adminiſtratorem denotat, cui competit adminiſtratio in Politicis & Oeconomicis. Conſ. 12. numer. 2. p.217.

Verba præcedentia declarant ſequentia. Conſ. 18. n.78. p. 326.

Verbum: **Vergönſtigen** ſeu **verwilligen** precarium complectitur. Conſ. 19. n.26. p.345.

Verba futuri temporis non inducunt conſenſum ad firmandum actum de præſenti. Deduct. 1. numer. 13. p. 632.

A verbis non recedendum, quæ ſignificationem dant rei, de qua agitur. Deduct. 2. n.64. p.703.

Veriſimile.

Quod non eſt *veriſimile* præſumitur falſum. in append. Conſil. 51. n.3. p.848.

Qui arguit à *veriſimili* perinde habetur ac ſi legem allegaret. ibid. num. 4. p.849.

Nulla major *veriſimilitudo*, quam quæ ex naturali ratione colligitur. ibid. n.5.

Veriſimile non eſt compulſum in urbe inique debitum ſolviſſe, cum potuerit jus publicum invocare, ibid. n.25. p.857.

Verſio in rem.

Si *verſio in rem* uxoris probata, hæc cum marito ſe obligans de ſuo ſolvere tenetur. Lib. 4. Conſ. 10. n. 33. p. 209.

Vidua.

Vidua viri hæredibus bona defuncti mariti ſub juramento patefacere tenetur. Lib. 4. Conſ. 10. numer. 4. p. 202.

Vincula.

Vincula ſatis arguunt per metum fuiſſe geſta omnia, quæ in vinculis geſta ſunt, in append. Conſ. 51. num.70. p.877.

Vim & metum alicui incutere eſt delinquere. Lib.4. in append. C. 51. n.47. p.867.

Voluntas.

Quodſi aliquid *voluntati* alicujus permittitur, neceſſe eſt, ut *voluntatem* ſuam expreſsè declaret. Lib.4. C.2. n.9. p.55.

Tacita voluntas impropriè ſaltem voluntas audit. ib. n. 10.

Voluntas hominis eſt ambulatoria usque ad ſupremum exitum. Lib. 4. Conſ. 39. n. 9. p. 509.

Ziphræ, ſive ſigla.

Imperator in L. 1. §. 13. C. de vet jur. enucl. *ſigla* ſive Ziphras vetuit. L. 4. Deduct. 2. n. 1. p. 650.

Quod confirmatum in Conſtit. Imper. Maximil. I. de anno 1512. ibidem n. 2.

Ampliatur num. 3.

De *Ziphris Germanicis* ante quadringentos annos in Imperio Romano nihil notum fuit. Ibidem numero 4.

Ziphræ deſcriptio. Ibidem numero 6. p. 651.

Ziphra inuſitata non probat. num. 7. ibidem.

FINIS.

Hofmann, August

Augusti Hoffmanni, Jcti Consiliorum In Illustrium, Non minus quam
Privatorum Causis Arduis Ad eorundem Consultationes Viginti abhinc Annis, &
quod excurrit, ab ipsomet elaboratorum, Tomus ... Continens Selectissimas
Juris Materias tam Publici, quam Privati, cum Rarioribus Casibus, per
Rationes dubitandi & decidendi enucleatis, in Usum Non minus Fori quam
Bd.: Tertius

Francofurti 1733

Regensburg, Staatliche Bibliothek -- 999/4Jur.441(3
urn:nbn:de:bvb:12-bsb11067134-1
VD18 80304788-001